ptor de populo quaſi iſti in uulgo numerandi ſint, & addatur proprie de populo quaſi inuito et ſuperbo ꝙ huiuſmodi enim res additæ dicũtur. VESTRI ORDINIS REOS reos ueſtra defenſione condignos, uel fures & ſeruos nequam qui apud triumuiros capitales apud columnam Meniam puniri ſolent. AD COLVMNAM MENIAM. Menius cum domũ ſuam uenderet Catoni, & Flacco cenſoribus, ut ibi Baſilica ædificaretur, excœperat ius ſibi unius columnæ, ſuper quam tectum proijceret, & pro uolantibus tabulatis, unde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorum poſſent, quod etiã tum in foro dabatur. Ex illo igitur colũna Menia uocitata eſt. cauſis eiuſmodi ſoliti aderant autem his rebus moratores apti talibus negotijs. CVSTODEM INQVIT TVLLIO ME APPONITE. ſubſcriptorem non dixit, ſed cuſtodem, ut q̃a acerbe reſponſurus erat laceſſitus conuitium facere uideatur, nam ſubſcriptores non ſolum chartarum cauſa, neq; iuuandi accuſatoris adhiberi ſolent, ſed etiã ut non facile corrũpantur. DE ISTO CVSTODE TOTO hoc eſt de omni genere ſubſcriptorum, ideſt etiam ſi Cæcilius ſubſcriptorem ſe eſſe depoſcat. NVNQVAM TALES VIROS COMMISSVROS, MALEFACTVROS: praue, nã committi fraus dicitur atq; peccatum, ſum enim & fidelis & diligens, & ideo nec cuſtode indigeo. & ſpeculatorẽ eſſe inter mea ſecreta non patior. VERVM VT AD TE CAECILI REDEAM: recte q̃a aut ſubſcriptores pax inſecerat. SED CAETERI SICVLI ſæpe in Cæcilium utitur hoc conuitio, ut il

lum

lũ non Romanum, ſed Siculum dicat. PRAEFECTVS ANTONII qdam Antonius curator tuendæ totius oræ maritimæ, qua Romanum erat imperium non ſolum ipſe uequã, uerum etiã comitibus peſſimis rem inauditam inuaſit, & indicto Cretenſibus bello, male re geſta ibidem perijt, antequam Pompeius contra Piratas miſſus eſt. Sed de hoc alibi ait Tullius. poſt Marci Antonij infinitum illud imperium ſenſerat. QVIBVS SE IN CLASSE VTI VELLE DICEBAT. Cani remigibus celeuma per Symphoniacos ſolebat, et per aſſam uocem, ideſt ore prolatam, et ut in argo naui per citharã, ſed quia hic in Claſſe dixit, poſſumus intelligere ad hoc Symphoniacos capi ſolere, ut in Claſſe pugnantibus Claſſicum canant, unde ipſi Tibiæ Claſſis nomen eſt poſitum Claſſicum. NON VERRES, SED Q. MVTIVS. Scæuolã ſignificat, huius quæſtor Rutilius Ruffus damnatus eſt, ꝙ cum prætore conſenſerit ſuo ne publicani aliquid agerent in prouincia ſua, quo cognito Eqtes Ro. (nam tum ante Syllana tempora iudicabant) damnarunt eum. hic eſt Mutius in honorem cuius Aſiani diem feſtum Mutia nominabant. REDIT AD SE, ATQVE AD MORES SVOS. nota redire ad ſe homines. * Circe illa enim ſues ex hominibus faciebat, redit autem iam ad argumentum, non ad ſimilitudinem pertinet, uult enim innuere, ꝙ recte fecit, alienum eſſe & paruiſſimi temporis, proprium uero & perpetuum quod amiſit. HIC TV SI LAESVM TE A' VERRE DICIS: iniuria ſemper iniuſta eſt, lædi etiam aliquis iuſte poteſt, nam



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& qui iure damnantur læduntur, ſed non iniuria & recte contra, patiar, defendam, poſuit contra concedam, negabo, et bene addit negabo, potuit enim aliter atq; aliter intelligi defenſio, eſt enim hic finis qd ſit iniuria, quam ne alij quidem probarent & q idoneus orator & integer quæſtor accuſandi Verris fuiſſet. QVAMOBREM CVM CVI QVAESTOR FVERIS ACCVSES: accuſes pro eo quod eſt accuſare uelis, an apud nos modo accuſes cum dicas ab illo tibi iniuriam factam. ITAQVE NEQVE L. PHILONI omnia exempla ſunt quæſtorum, qui prætores ſuos non permiſſi ſunt accuſare. ATQVE ILLE CN. POMPEIVS propiora exempla & magis ſimilia, poſteriora ponenda ſunt. Strabonem autem dicit Pompeium Cn. Pópeij patrẽ. ETENIM CVM LEX IPSA uide firmamenta argumentorum quoties in oratione ſine metu faſtidij repeti ſolét. CLARISSIMI VIRI NOSTRAE CIVITATIS, hos rurſum extra contentionem, quam ante cum Cæcilio habuit de ſuo officio quemadmodũ cœperit, repetit enim ne leuis uideretur ex defenſore repẽte accuſator factus. M. CATONEM ILLVM SAPIENTEM Cato hic accuſauit Sergium Galbam pro direptis Luſitanis, & P. Furium pro ijſdem, propinquiſſima extimatione frumenti. ACCVSAVIT M. AQVILIVM, hic M. Aquilius de pecunijs repetundis accuſatus eſt, hic eſt igitur Lentuli Suræ pater in carcere ſtrangulati propter coniurationẽ. L. COTTAM IN IVDICIVM VOCAVIT. hunc P. Africanus ante ſecundum conſulatum & cenſuram

ſuram dicitur accuſaſſe. IVDICIISQVE COR RVPTIS, ET CONTAMINATIS corrupta iudicia ſunt in ijs qui acceperunt pecuniam, contaminata in ijs q offenſione ordinis infamantur. REQVIRET. amiſſum ſentiet, hoc eſt enim nihil requiret nõ ſentiet ſibi deeſſe aliquid ex ijs rebus, quas nunquam habuit. EGO ME DIGNITATE SVPERATVM NON ARBITRABOR: ero enim defenſor ut fui, & neceſſitatem accuſationis euadam, hoc quidem uidetur placere, ſed latenter hoc ſignificat, prauo de ſe iudicio magis iudicibus hæſuram turpitudinem, quàm ſibi.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

# ASCO. PAE.
# COMMENTATIO IN SECVNDAM M. T. CIC. ORATIONEM CONTRA C. VERREM.

ICTO CAECILIO ET accuſatione ad ſe delata, Cicero cum inquiſitionis tempus in Siciliã poſtulaſſet dies. CX. & cum filio patrui ſui Tullij totã prouinciã colligendis literis in Verrem, & denunciãdis teſtimonijs peragraſſet diebus. L. quia pedeſtre iter ex Sicilia, & propter fugitiuos & propter Verris inſidias dubitabat, à Vibone tranſijt, tam repente adueniens, cum uideret id agi ut à Glabrione prætore & ab ijs iudicibus qui tunc erant ad alium annum aliumq; prætorem res tota tranſiret, eriperetur'q; ſibi reus patrocinio Hortenſij, ac Metelli qui tunc COSS. futuri erant, per hos omnes Verres ludendi iudicij fiduciam ſumpſerat, hoc commentus eſt rationis, ut orationem longã prætermitteret, neque in criminibus declamatione cumulandis tempus abſumeret, ſed tantummodo citaret teſtes ad unumquodq; crimen expoſitum, & eos Hortenſio interrogandos daret, qua arte ita eſt fatigatus Hortenſius, ut nihil contra quod diceret inueniret, ipſe etiam Verres deſperato patrocinio ſua ſponte diſcederet in exilium. hoc igitur laborat in oratione hac tota Tullius, ut oſtendat non dolo nec aſtutia, ſed neceſſitate facere id quod fecit, et magis aduerſariorum frau

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dibus occurrat quamuis ipſe ſit captioſus. Vult enim ut
diximus omne hoc tempus quod eſt ante Cal. Ianuar.
diſpenſare in totius cauſæ actionem, ne ad alium præ=
torem aliosque iudices nouis conſulibus ueniendum ſit.
Toto igitur hoc libro exhortatio iudicum continetur ad
uere iudicandum. Minæ in aduerſarios diriguntur o=
mnia tentantes ad corrumpendum iudicium, & expo
ſitiones Ciceronis conſilij ſui iudicibus exhibentur, quas
intractans communiter * breuitas quoque obijciendo=
rum criminum mira arte conficitur. Status, quan-
tum ad crimina cauſæ repetundarum pertinet conie=
ctura multiplex ineſt omnibus libris, quantum ad ſpe
cialem intentionem libri huius refertur, cauſa negotia=
lis extra ſcriptum in particula iuris eſt conſtituta, in=
ducitur enim poſtulatio de agendi nouo genere, ſiqui-
dem petit permitti ſibi non uti oratione perpetua, ſed
breuiter crimina proponere, & ad ſingula teſtes da
re. Sunt autem capita orationis hæc. An talis reus cu-
ius damnatio proſit. Ro. Po. an talia eius conſilia ad
corrumpendum iudicium. An talia & tam manife=
ſta crimina ad patrocinium deſperandum. An huiuſ-
modi ab eo & ab eius ſuffragatoribus & dicta &
facta ad eluendam accuſationem, ut nouo genere ſit
agendum Tullio. Quarum rerum quaſi per narra-
tionem facit demonſtrationem. expoſitio conſilij ſui,
& cum iudicibus deliberatio uidetur indicta, in qua
oſtenditur certandum cum Hortenſio aſtutia non uten
do horis omnibus ad dicendum. tollendam ſi fieri
poſſit comperendinationem, per teſtes crimina com=
probanda, facit hoc Cicero, ut hæc res non ſolum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

compendio moram ac breuitatem temporis tollat, ſed etiam circa artificium dicendi breuiter etiam in hac parte uim oratoris oſtendat. QVI CONCIONIBVS, ET LEGIBVS, Concionibus Quintium dicit, tri. ple. qui ueneficij reum Oppianicum Cluentio accuſatore defendens uictus erat illo damnato, legibus autem L. Aurelium Cottam prætorem ſignificat, qui legem promulgarat de reſtituendis iudicijs equeſtri ordini. PECVLATOREM AERARII, ſub Carbone COS. cum quæſtor eſſet. peculator autem qui furtum facit pecuniæ publicæ. VEXATOREM ASIAE, ATQVE PAMPHILIAE, ſub Dolobella cum legatus ei & pro quæſtore eſſet, mortuo Malleolo. PRAEDONEM IVRIS VRBANI, in prætura urbana, quam Siciliēſis ſecuta eſt, de qua nunc accuſatur. CVM MVLTAE MIHI A C. VERRE TERRA MARIQVE INSIDIAE alias ſignificat inſidias quæ uitæ eius factæ ſunt, aliaſq; integritati & extimationi, nam uult intelligi etiam præmia ſibi præuaricationis oſtentauiſſe Verrem, ſed terra mariq; inſidias factas ſignificat. ORDINI, NOMINI inſidiator, ne dignitas iudicandi ordinem ſequatur, detectis in corruptione iudicantibus. SENATORIO ne Senatori nomē honori ſit, ſed potius ignominiæ. Senatorio enim bis ſubauditur & ſenatorio ordini & nomini ſenatorio. SEMEL AIT SE IN VITA PERTIMVISSE: contumaciam Verris præcipitem, nam ſemel uicinum eſt ad penè nunquam, ex eodem ſenſu eſt ꝙ ſemel in uita riſiſſe Craſſum ſcribit Lucilius. Vnde

Virgilius mihi uidetur dixiſſe.

Tum primum noſtri Cacum uidere timentem.

TVM CVM A ME REVS FACTVS EST: quid eſt reum fieri niſi apud prætorem legibus interrogari? Cum enim in ius uētum eſſet, dicebat accuſator apud prætorem reo aio te ſiculos ſpoliaſſe, ſi tacuiſſet lis ei æſtimabātur, ut uicto, ſi negaſſet petebat à magiſtratu dies inquirendorum eius criminum, & inſtituebatur accuſatio. DIEM dies fœminino genere tempus, & ideo diminutiue diecula dicitur breue tempus et mora, dies horarum·XII·generis maſculini eſt, unde hodie dicimus quaſi hoc die, petijt autem Tullius·C· et·X·dies·Rupilius ſiue Oppius ſuppoſitus à Verre·C· petijt. INVENIT ISTE QVI SIBI IN ACHAIAM alij hunc Rupilium, alij Oppium putant, ſunt qui Racilium dicunt accuſatorem, Oppium reum, alij Q. Metellum nepotem accuſatorem, Curionem reum, moris autem fuerat ut agendi dies priori prior ordinaretur, itaq; ſi omni tempore poſtulato uſus eſſet ad inquiſitionem Tullius, futurum erat ut priori locus ad agendum daretur ei, qui biduo breuiorem diem poſtulauerat, cuius accuſationis interpoſita de induſtria mora, cum Verres ad alios COSS. diſtuliſſet.

CVM PVBLICIS AVTHORITATIBVS, publicis literis. PERDITA, PROFLIGATAQVE peius uoluit eſſe profligata q̃ perdita, eſt enim perditum quod inueniri non poteſt, profligatum quod poteſt. TEMPVS EMISSE ideſt dilationem temporis impetraſſe. Iudicium ſuum autem debemus intelligere ſibi aptum, & è contrario ait alienum tempus

offenderat. QVOD SI NON MODO IN CAVSA, per innocentiã. HONESTO PRAESIDIO, per compenſationem criminum authoritate dicentis uel alicuius eloquentia acerbe in Hortenſium, quem corruptione iudicum non eloquentia ſua dicit eſſe confiſum. GRATIA, amicorũ plurimum qbus defenſoribus. DELIGERETVR EX SENATV, QVI REVS FIERET: Appius uel Curio.

Hoc prætore, Glabrione. ſ. hoc conſilio, lectiſſimorum ex omni numero ſenatus iudicum. QVOD PRAETOR IN REIECTIONE IVDICVM IVDICAVIT: ex iis quos renuit, intellectum eſt eos iudices habere nelle, quos corrumpi poſſe confideret.

NISI CN. CARBONEM Carbo Marianæ partis dux, idemq; conſul deſertus Arimini eſt. à quæſtore ſuo Verre ſpoliatus pecunia publica, quam quæſtor in exercitu de ærario ſumpſerat. Cũ ad Syllam ille trãſiret proditor partium Marianarum. CVIVS LEGATIO legatus per has prouincias Dolobellæ proconſul fuit, & proquæſtore, Malleolo mortuo, eiuſdẽq; in iudicio cum accuſaretur proditor fuit. IN INVIDIAM SVIS MALEFICIIS ADDVXIT: pp ſua ſcelera ingẽtẽ fecit* inuidioſus rerũ * OPPVGNAVIT: ET PRODIDIT. peius prodere q̃ oppugnare, propterea q̃ oppugnare inimici et hoſtis officiũ eſt, prodere grauius cũ ad eos q amici eſſe debent referatur hoc uerbũ. CVIVS PRAETVRA VRBANA ædium ſacrarum. quemadmodum hic dicit ſic diuiſa ſunt crimina huius præturæ urbanæ. ſ. iuris dicundi, ſarctorumq; tectorũ. CONTRA OMNI

VM INSTITVTA qui prætores urbani ante ſe fuerunt. ſunt autem inſtitutæ prætorum in decretis interponendis dijudicandisq́; cauſis. ITA VEXAVIT: AC PERDIDIT: nimirum uexauit ingentis calamitatis uſum ſignificat, nam & ipſe ſupra ſic ait, populatæ, uexatæ, funditus euerſæ prouinciæ. Virgilius.

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias uexaſſe rates.- EX ARATORVM BONIS aratores frumenti decimam dare. Po. Ro. ſolent, hos non una atque altera, ſed tribus amplis decimis per mancipes à ſe ſubornatos, ideſt publicanos qui Decumani uocantur Verres exhauſit. SOCII FIDELISSIMI IN HOSTIVM NVMERO EXISTIMATI: hic locus crimina continet in ea oratione quæ inſcribitur de Supplicijs.

ABSENTES REI FACTI, ut Stenius & Heraclius. PARTIM REGVM LOCVPLETISSIMORVM, Agathoclis aut Hieronis Siciliæ regum. NOSTRORVM IMPERATORVM, Scipionis & Marcelli. Dedit Marcellus, reddidit ex Africa Scipio. IN STVPRIS VERO, ET FLAGITIIS de Cleomenis uxore dicit. PROPONIT INANIA MIHI NOBILITATIS, ut Curionis et Marcellorum trium Hortenſij, et Scipionis. hi enim Verri palàm ſuffragabantur. ALIVD QVID IAM DIV MACHINETVR. dilationem accuſationis & corruptionem iudicij. REDEMPTIO EST HVIVS IVDICII FACTA ſic q̃dam accipiunt quaſi hoc dicat Cicero, corru

pti ſunt iſti iudices, nõ hoc dicit, ſed ait artifices quoſdã corrumpendorum iudicum pactos eſſe cum Verre, & redemiſſe ſemel omnem procurationem iudicij corrumpendi ſuo periculo abſolutioniſq; præſtandæ. EA MANSIT IN CONDITIONE ATQVE PACTO hic eſt ſenſus de placito, inquit, et promiſſione iudicum, ſed poſtq̃ reiecti ſunt iudices diſplicuit totum negotium redemptoribus & reſiluerunt à conditiõe ac placito. RENVNTIATA EST TOTA CONDITIO. renunciatio dicitur recuſatio eius rei quæ in placito et promiſſione uenerat. LIBELLI NOMINVM VESTRORVM moris erat celebrata iudicum reiectione, & haberi in officio prætoris & in arca reponi nomina iudicum delectorum, reiectio autem idcirco dicitur, quia cũ multi iudices in conſilium prætore ſuo iudicaturi eſſent, qui quæſitor fuiſſet publicæ cauſa, uerbigratia repetundarũ, ambitus, maieſtatum, neceſſe fuerat eos primum de curia ſenatoria conſcribi, cum ſenatus iudicaret. Deinde in urnam ſortitò mitti, ut de pluribus neceſſarius numerus confici poſſit. Tertio .i. poſt urnam pmitti accuſatori ac reo ut ex illo numero reijciãt quos putauerint ſibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore. Solet autem ex moribus ac fama iudicum illorum quos aut reijciebant, aut retinebant iud. uoluntate coniecturam facere populus qui cauſæ ſuæ confideret, qui corrumpere iudices uellet reiectione celebrata, & in eorum locum qui reiecti fuerant ſub ſortitor prætor alios qbus ille iudicum legitimus numerus compleretur. Prima enim ſortitio dicebatur, his perfectis iurabant in leges iudices, ut

obſtricti

obſtricti religione iudicarent. Cũ iuraſſent omnes præter ipſum prætorem nomina eorum libellis (ut ſupra diximus) continebãtur, et ubiq; habebantur, ne pro ſelectis iudicibus ut fit in multitudine aliq̃ ſuppoſiti corruptiſſimi iudicarent, itaq; & prætoris tribunal ut cõſiderent iudicatur prætori ſuo. NVLLA NOTA, NVLLVS COLOR, NVLLAE SORDES Et ſi hæc Cicero quia contra Hortenſium proſunt ſæpiſſime repetat, tamen in qua cauſa, & à quo, et quomodo hæc facta ſint, meminimus in diuinatiõe narraſſe, illud factum tamen animaduertendũ q̃ adlini ſordes non tabulis ſed ſententijs figurate dixit. EX ALACRI, ATQVE LAETO, alacris ſiue alacer, utrunq; enim dicitur, is qui uiget ſenſibus uniuerſis quod eſt iudicium erecti animi, atq; ſublimis. nam è contrario lacer dicitur amputatis corpore ſenſuũ mẽbris, hoc eſt auribus oculis'ue, quæ ad animum ſæpe transfertur, ut plerunq; afflicto animo ſenſibus non utamur erectis, ſic alacer dicitur is cui omnis ſenſus in loco ſuo quiſq; degit. qui ſunt & intenti ut uultu indicent adeſſe animum non ſincerum ſenſibus ſuis, qua re cognita illud quoque intelligitur aliud eſſe alacrem, aliud lætum. ſunt qui alacrem feſtinantem & properum dici putant quaſi aliſacrem. COMITIIS CONSVLARIBVS ſunt etiam ædilitia, & prætoria, & tribunitia comitia. ECCE AVTEM proprium hoc Ciceronis eſt in rebus improuiſis, quod cum cura Verg. & legit, & tranſtulit, ut Ecce autem gemini à Tenedo. EADEM ILLA VETERA CONSILIA corrumpendi iu-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dicij per eoſdem per ſupra dictos redemptores conductoreſq; facinoris iſtius. C. CVRIO: QVEM EGO quæri ſolet cur hoc de Hortenſio, cur de alijs non dicat* qui nemo ſolebat precari ueniam ueteres deorũ compellatiõe nuda quos negocium tangeret. Curionem autem patrem dicit. TAM APERTE, PALAM DIXISSET: aperte ad uerba pertinet non obſcura palàm ad præſentium multitudinem & qualitaté frequentis loci. AD IPSVM FORNICEM FABIANVM fornix Fabianus arcus eſt iuxta regiam, in Sacra uia, Fabio cenſore conſtructus, qui deuictis Allobrogibus nominatus eſt, ibiq; ſcuta eius poſita propter *eſt. APERTE IAM AC PERSPICVE NVLLA ex ſua perſona hoc dicit Tullius, nam eſſet offenſum ἐπιεικῆ... QVOD TOTA SICILIA OMNES SICVLI, OMNES NEGOCIATORES, ut quicquid ſubiectum eſt* intelligitur eius eſſe quod dixit tota Sicilia. IN VNIVS POTESTATE, Hortenſij ſcilicet. NON TENEBIMVS IVDICIA finxit dicere non tenebimus iudicia mollius ſcilicet quàm populares fingeret dicentes, auferemus à ſenatu iudicia. HOMINIS PERDITI LAETITIA, Verris. HOMINIS AMPLISSIMI GRATVLATIO C. Curionis, ET M. METELLO OBTIGISSET: VT IS DE PECVNIIS REPETVNDIS ſorte adueniebat unicuiq; prætori. hic ergo M. Marcellus amicus Verris ſucceſſurus Glabrioni fuerat. FISCOS COMPLVRES ſportæ, ſportulæ, ſportellæ numum ſunt receptacula, & ſacci, ſacculi, ſaccelli, &

celli, & crumenæ, & uelleæ, & ſcorteæ, & manticæ & marſupia. ita Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ ſpartea ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas. Vnde qa maior ſumma eſt pecuniæ publicæ q̃ priuatæ, ut pro cenſu priuato ærarium dicitur pro loculis, & archa theſauri pro Sacello Fiſcus, unde Fiſcus pecunia publica, & confiſcare dici ſolet. HIS DIEBVS PAVCIS, CVM PRAETORES DESIGNATI SORTIRENTVR: Accuſatio accepta eſt. Non. augustis. & comitia conſularia fuerunt. VI. Cal. Auguſt. nec multo poſt ſortitio prætorum fuit, celebratis eorũdẽ comitijs. A QVODAM SENATORE AD EQVITEM R. hoc homines inepte, quaſi certum ſit quod dicitur. et de induſtria figuratur à Tullio ad inuidiam aduerſariorum, & ſui defenſionem, qua cogitur nouo modo cauſam agere horis breuioribus q̃ mos eſt accuſatoribus. itaq; ſuſpicantur ſenatorem alij Craſſum, alij Hortenſium equitem. r. alij neminem proferunt, alij Publium quẽdam temporibus illis in diuidẽda pecunia populo famoſiſſimum, pecunia Sicilienſis eſt ex Sicilia ex prædationibus capta. COMITIORVM MEORVM NOMINE: ut ego ædilitate deijcerer, quã petebam. poſt conſularia enim & prætoria comitia ædilitia ſequebantur. comitiorum autem meorum nomine addidit, ut oſtenderet excepta hac pecunia totam corruptionem iudicij deſtitutam eſſe. QVI SE OMNIA MEA CAVSA DEBERE ARBITRABANTVR: Locutio pro plena habetur, ſed ſi quæras quod integrum eſt, deeſt facere, ut ſit omnia facere, & bene omnia prætulit, ut hæc



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

proditio ſecreto actæ rei propter amicitiam uideatur eſſe ſuſcepta. DIVISORES OMNIVM TRIBVVM utrum legitimos habent omnes tribus diuiſores ſuos quos Plautus magiſtros curiarũ in Aulularia uocat his uerbis, Nam noſter, noſtræ qui eſt magiſter curiæ diuideret argenti numos, dixit in uiros, an diuiſores criminis nomen eſt, ſed ſi hoc eſſet, non ſibi ex ijs aurum eſſe dixiſſet, cum ipſe præturam petiſſet. oſtendit Verrem non gratis factum fuiſſe prætorẽ urbanum, & alterum Metellum prætorem Siciliæ, pecunia Verris ſimiliter meruiſſe præturã. C. Verrem, nomen eſt proprium. ROMILIA nomen eſt tribus, ablatiui caſus, ut ſit ex Romilia. Tribus enim urbanæ ruſticæq; omnes. XXXV. numerantur, ex quibus aliquã neceſſe eſt cuiuſq; ordinis fuerit ciuis Ro. obtineat. moris autem fuit cum aliquis ciuis Ro. oſtendendus eſſet, ſignificaretur aut prænomine ſuo, aut à nomine, aut à cognomine, aut à cognatione, aut à tribu in qua cenſeretur, aut à curia, aut à cenſura, aut ſi erat ſenator eques. R. à curia ſua, ſic alibi aït. L. Claudiũ Palatina, patris ſui diſcipulum tanquã diuiſorem magiſtri Verri ſeni ſcilicet. EX OPTIMA hironia ẽ. VRGEBANT COMITIA. hæ ſunt res maxime. VRGEBANT COMITIA. INSTABAT IVDICIVM. FISCI MINABANTVR. Exquiſite dictum. AGERE, QVOD AD IVDICIVM PERTINEBAT L. uel occupatione in petendo honore, uel qua accuſatio libertatem uel minas exigat. petitio blandimenta & preces. MINARI DENIQVE DIVISORIBVS:

RATIO

RATIO NON ERAT: *cur.n.* minarer inq̄t ac cuſatoribus uel diuiſoribus, quos accuſatione Verris impeditus accuſare non poſſem, id ipſumq́; illi callidi hoĩes intelligerent.* DESTRICTVM, ATQVE OBLIGATVM *deſtrictus poteſt & ſine uinculis in diuerſum manu ducentium ferri. obligatus etiã nodus uinculorum in loco intelligitur. plus eſt ergo obligatum eſſe, q̃ deſtrictum.* QVI QVAMOBREM ARCESSENTVR, *Bene interpoſuit hæc ad cauſam non ueniendi nam ſine hac ad deſignatum conſulem Siculos non ueniſſe contumaciæ uideretur. ſane et hic et in primo capite Verrinarũ animaduertitur inſequens locutio ſimilisq́; ſolœciſmi, ſiquidẽ non ueniſſe legeris. nam ſi non ueniſſent legeris, error non erat.* CAETERORVM HOC ANNO *criminoſe (ut ſupra diximus) in Hortenſium Metellosq́;.* CVM FILIO BLANDO, ET GRATIOSO *finis * ac maxime meretricibus amicitiæ conueniunt.*

*Gratia uero quæ poteſt in adoleſcentibus ſine infamia, gratiam enim amicorum copiã modo dicit.* APPELLARE *quaſi familiares.* ET CONVENIRE. *quaſi de promiſſorum debito.* INTELLECTVM: ET ANIMADVERSVM: *intelligitur aliq̄d argumentis, animaduertitur ſenſibus præſenti animo utentibus. plerunq; enim aduertimus rem aliquam oculis, aut quouis ſenſu corporis ſine animi intentione, ergo plus eſt animaduerſum, q̃ intellectum. an ab alijs intellectum ab alijs animaduerſum intelligi poſſet. quod ſi eſt, rurſus plus erit intelligere, q̃ animaduertere.* VT CVIVS DIVITIAE ME



ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Magna emphaſi diuitias dixit, & ſignificat breuiter etiam ſibi præmia præuaricatiõis oblata, ſed fruſtra. SED ETIAM Q. METELLVM: ſubaudi cõſulem, & ne error ſit in omnibus, tenere uos oportet tres Metellos eſſe, unum cum Hortenſio, alterum in urbe conſtitutum de pecunijs repetundis, tertium Siciliæ prætorem. DEDIT ENIM PRAEROGATIVAM SVAE VOLVNTATIS EIVSMODI: dilogia dicitur figura cum ambiguũ dictum duas res ſignificat, nam prærogatiua ſi præter eius integrum beneficium aut dicto, aut facto aliquid ſignificat liberalis ab eo qui nobis beneſacturus eſt, & rurſus prærogatiuæ ſunt tribus, quæ primæ ſuffragiũ ferunt ante iure uocatos. mos enim fuerat quo facilius in comitijs cõcordia populi firmaretur, bina domo de ijſdẽ candidatis comitia fieri, quorum tribus primæ prærogatiuæ dicebantur, quos uellent conſules fieri. ſecundæ iure uocatæ, quod in his ſequente populo ut ſæpe contulit prærogatiuarum uoluntatem iure omnia complerentur. hoc igitur dicit Cicero uocãdo ad ſe Metellum, Siculos, & eos minis deterrẽdo ab accuſatione Verris, propè omne beneficium corruptarũ à ſe tribuũ Verris pecunia perſoluiſſe. Vult enim illum Verris pecunia conſulem factum intelligi. AN ME TACITVRVM & hic epitherapeuſis, ubi non emendatio dicti atrociſſimi, ac confirmatio ponitur recte dixiſſe cauſa ſubiecta cum quadam. ARCESSIT ALTER COS. DESIGNATVS SICVLOS: Hic eſt prærogatiua, quam Metellus Verri pro prærogatiuis reddidit. nã huius rei fuerat dilata narratio.

Prouiſum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

PROVISVM. quomodo ſi comitiorum ſors atq; fortuna eſt, ſed uult totum pecunia Sicilieni, hoc eſt corruptis à Verre tribubus eſſe confectum. TE NON FATO, VT CAETEROS EX VESTRA FAMILIA, dictum facete & contumelioſe in Metellos. Antiquum Næuij eſt. Fato Metelli Roma fiunt conſules, cui tunc Metellus conſul iratus uerſu reſponderat ſenario hypercatalecto, qui & Saturnius dicitur. dabunt malum Metelli Næuio poëtæ, de qua parodia ſubtiliter Cicero dixit, te non fato ut cæteros ex ueſtra familia. QVAESITOR prætor de pecunijs repetundis quæſtionem exercens. nā proprie quæſitores dicuntur criminalium quæſtionum, ut Virgili. Quæſitor minos urnam mouet. Duo autem conſules Hortenſius. Q. Metellus. Quæſitor M. Marcellus. NIMIVM DILIGENTEM, hæc eſt artificioſa laudatio iudicis ſine ſuſpicione aſſentationis, & tamen efficax à beneuolētia, qui autem diligentem uituperare non poterat, pro crimine addidit nimiū, Terentius, ne quid nimis. M. CESONIVS deſignatus ædilis, cum Tullio, & ideo non iudicaturus, quia & ædilis & iudicis ſuſtinere non poterat uno tempore. ut ſagacem integritatem eius oſtenderet, non dixit quod corrumpamus, ſed conemur corrumpere, & non aperta & plana corruptione, ideſt uel exigua. IVNIANO CONSILIO Iunius quæſitor iudex fuit in Cluentij cauſa Verre prætore, in qua cum Oppianicus damnatus eſſet, defenſor Oppianici tri. pl. qui notus rem in inuidiam duxit, cum diceret pecuniam in iudicio fuiſſe uerſatam, & cum



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

incertum eſſet ex qua parte eſſet profecta, corruptionem credidit ab Oppianico datam, qa dānatus erat, & errore multorum in falſo crimine Cluentius fuit. hic ergo Ceſonius damnatis alijs iudicibus, non modo innocens pronunciatus eſt, ſed etiam ex ijs fuit, qui illa crimina Staleni & Bulbi & Guttæ et cæterorum iudicum detexerunt, cum Verres quoq; turbatus ſubiectos iudices eſſe diceret, & interpollatos libelles ſortitione iudicum, quos libellos ipſe obliquauerat. MAGISTRATVM INEAT oportet nonis Decēbribus, hodie tri.pl.futurū. EX ACERRIMA EQVESTRI ILLA FAMILIA, nouo modo laudem ab ignobilitate quæſiuit more ſuo laudans equites. R. & maxime quia cum iudicarent, ſine infamia ſe geſſerunt. L. CASSIVS CVM AD CAETERAS RES, inde ſunt leges Caſſiæ tabellariæ de ſuffragijs libere ferendis, non uoce ſed tabula. ille ille Caſſius q cognoſcendis criminalibus cauſis, in primis quærendum eſſe dicebat, cui bono homines ueteres graues & ſeueri, & inde figurate ſingulis additam laudem ex ore aduerſarij ueluti oſtendentis cur ſibi iuſti omnes diſpliceant. TRIBVNI MILITARES Tribunorum militarium duo genera, primum eorum q Rufuli dicuntur. hi in exercitu creari ſolent. alij ſunt comitiati, qui Romæ comitijs deſignantur. SVBSORTIEMVR ETIAM mire oſtendit ſecuritatem rei, tanquam ipſe ſit omnia facturus. NO. SEXTILES: ſextiles Auguſtæ, Quintiles Iuliæ, non dum enim nomina de imperatoribus ſumpſerant, propter quam mutationem nominum Virg. ait. -Et incipiet

magni

magni procedere menſes, hac tota argumentatiõe ſigni ficat Cicero bis accuſare ſe non poſſe, ſi accuſandi conſuetudinem ſeruare uoluerit, non ſeruire breuitati.

LVDOS VOTIVOS: hos Pompeius uouerat ac ſi Sertorium ſuperaſſet. DEINDE CONTINVO ROMANI SEQVENTVR. Romani ludi ſub regibus inſtituti ſunt, magniq; appellati, ꝙ magnis impẽſis dati, tunc primum ludis impenſa ſunt ducenta millia numiſm, adeo magnos ludos factos putant, ꝙ conſiliorum ſecretorum deo ideſt Neptuno latinum regi & rerum conditarum, et dis magnis.i.lari bus urbis Romæ dati ſunt, quibus aiunt raptas Sabinas eſſe, ut uideatur propter hoc dicere. Virgilius -Magnis circenſibus actis, & circenſes ludi ſunt.

DEINDE SE DVCTVROS ducturos dilaturos, moram facturos. DICENDO, longa oratione. EXCVSANDO cur interdum nõ dicant. Admittebantur enim excuſationes multæ etiam pro reo, aut occupationis alicuius, aut malæ ualetudinis.

AD LVDOS VICTORIAE. hos Sylla inſtituit bello ciuili uictor. Secundũ quos plebei ludi, quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſionem in Auentinum. QVEM EGO HOMINEM Metellum.ſ.in eius locum ſubſortiendum iudicem ex perſona Verris ſupra dixerat, qui prætor futurus ſit ex Cal. Ian. qui nunc in iudicum numero eſt. MALO ENIM IVRATO SVAM, cum iudex ſit Metellus tabellam iudiciariam iuratus accipit, cum prætor fuerit & non iurauit, quia non eſt iuris, & in poteſtate ha-

bebit tabellas omnium iudicum. ID ENIM CONSILIVM MIHI TACITI DABITIS: Sermocinatio iſta non decet iudicum grauitatem, ideo Taciti dixit, ſic agit autem ut oſtendat ſe non debere horis legitimis abuti, his ad accuſandum Verrem cum poſſit pro una actione teſtimonijs uti tantum. CONFICIAM: VT NEMO CONTRA ALITER QVAM EGO VELIM, nunc illud eſt quod poſtea dicet in alia tempora reſeruemus, in ſecunda actione. AVTHORITATIBVS confirmationibus eloquentiæ ſcilicet. EX IPSIVS TEMPORE, ET CAVSA: ſenſus eſt, nō ingenij tui eſt, ꝙ contra me malitioſe exiſſet, hoc autem expetit tempus huius, hoc eſt periculum Verris & malum cauſæ, quam ſuſcepiſti. SECVNDVM BINOS LVDOS poſt binos ludos uotiuos ac Romanos. ANTE PRIMOS LVDOS COMPERENDINEM. ideſt me & te dixiſſe proficiens comperendinationis iudicibus faciam poteſtatem. ASTVTA: urbana, etenim urbs ἄστυ dicitur. Terētius, an in aſtu uenit. CVPIDITAS, corruptionem iudicum ſignificat in quibuſdam iudicijs Terentij Varronis, ubi diſcoloribus ceris uſus eſt, & ubi (ut ſupra diximus) eluſit nobiles pueros. ASSIDVVM, moleſtum additū. EX EO LOCO: EX QVO de roſtris. ſ. hoc munus ædilitatis, alluſit ad ambiguitatē muneris, et Verris nomen beſtiæ proferentis. QVI AVT DEPONERE, Deponitur in ſequeſtri, accipitur ab eo q corrumpitur. Recipitur. i. promittitur. i. pro iudicato reſpondet. Pollicetur qui apud ſe dicit aut præmium aut

ſententiæ poteſtatem eſſe. Sequeſtres ſunt apud quos pecunia deponitur, interpretes ꝑ quos indicatur pactio. INTER·X·ANNOS, recte dixit, hoc enim tempus, quo ſenatus iudicat Victore Sylla ab ordine equitum transferente iudicia, annos propè quinquaginta, tanto enim ferè tempore equeſter ordo iudicauit lege Sempronia. SVBLATA POTESTATE POPVLO .ſ. ſublata prouocatione ad populum hoc eſt à triple. Q. CALIDIVS DAMNATVS DIXERIT: MINORIS SEXTERTIVM TRICIES. Q. Calidius. M. Calidij oratoris pater ex prætura Hiſpanienſi accuſatus à Gallio pro quo poſtea Cicero dixit, atq; damnatus cum ſenſiſſet iudicibus pecuniam contra ſe datam, in eos iudices qui paruo pretio corrupti ſe damnauerant exclamauit, uel idoneam inquit mercedem pro meo capite paciſci debuiſtis, hoc ſatis honeſtatis eſſet in uocabulis ut hominem prætorium non uili pretio uenderetis, & honeſte ironice dictum eſt. LIS AESTIMATA SIT hoc eſt pecunia de, qua lis fuit, & propter quam condemnatus eſt, in ſummam redacta, quæ de eius rebus exigeretur. Duæ res enim conſequebantur damnationem* pertinebat qua uel ſimplex, uel duplex, uel quadrupli ratio ducebatur. Altera exilij. QVI C. VERRE PRAETORE VRBANO SORTIENTE, ſic hoc crimínoſe dicit, quemadmodum ſupra Hortenſio prætore, qui ambo peculatus damnati ſunt. Quid hoc inquit quiſq̃ ad iudicium corruptum pertinet? reſpondebimus litis æſtimationem nõ ſolũ ex titulo propoſiti criminis, ſed etiã ex alijs probationibus quæ ex ante

actis rebus apud iudices conſtiterint. Hic peculatus crimine propoſito etiam qui iudicando pecunias cœperant, reddiderũt. ſimiliter ſoluitur etiã illud qđ ſupra de pecunijs repetũdis poſitũ eſt. PRAETORE VRBANO SORTIENTE, totũ hoc magis inuidioſe q̃ uere dicitur, nam ipſe Verres pro teſtimonio dixit in Iuniano iudicio adulteratas fuiſſe tabellas ſuas, in quibus ſuppoſiti iudices eſſent ad ſententiã corruptam proferendam, cum cauſam ante non audiſſent. Significat autem C. Fidiculanium Falculam qui ad complendam Oppianici damnationẽ dicebatur eſſe ſuppoſitus. QVOD INVENTVS EST SENATOR: Stalenum dicit ab utraq; parte fuiſſe corruptum, quod aduerſus eum recitatum poſtea in Cluentiana oratiõe uix purgat, ubi dicit à ſolo Oppianico ſextertium CCCC C. Cæcilio Staleno iudici data pro numero iudicum qui corrumpendi eſſent. VT DISCOLORIBVS SIGNIS, iam ſupra dictum eſt. Signa autem alij ceratas diuerſo colore tabulas, alij ab iudicibus appoſitas tabulas ceratas diuerſi coloris aiunt, ut hoc ſignum eſſet ad uoluntatem rei. SENTENTIAE ſcriptæ. IVRATORVM HOMINVM iudicum ſcilicet, qui in leges antequam iudicarent iurare conſueuerant. SED HABERE HOMINEM POTENTEM: Hortenſium uult intelligi, ſcit enim hoc minus ualere ad minuendam eius authoritatem. APVD M. GLABRIONEM prætorem præſentis anni, quique præeſſet huic iudicio.

NEQVE VLLAM ALIAM OB CAVSAM PO. RO. PER ANNOS CONTI-

NVOS.* TRI. PLE. ILLO TEMPORE TRIBVNITIAM POTESTATEM FLAGITABANT: *hoc Cicero utitur ad inuidiam iudiciorum & infamiam ſenatu iudicante.* QVI CN. POMPEIO *in inuidia tunc Pópeius fuit* ꝙ COS. *redderet populo tribunitiā poteſtatem, ſed totum Tullius ad ſui temporis commodum refert, ut etiam Catuli ſententiam in ſenatu demonſtret.* CVM PRIMAM CONCIONEM AD VRBEM COS. DESIGNATVS *ad urbem in urbe, & ſic dici ſolet de his q cum poteſtate prouinciali, aut non dum in prouinciam profecti eſſent. Pompeius autem proconſule de Hiſpania Sertorio uicto, nuper uenerat, & ſtatim habuerat concionem de reſtituenda tribunitia poteſtate Palicano tri. ple.* HOMINES IN SPECVLIS SVNT: *niſi equeſter ordo & urbana plebs & omnes qui fauent tribunitiæ poteſtati.* OBSERVANT *modo ſpeculantur, aliás uenerantur. Virgilius.*

*præterea regem non ſic Aegyptus & ingens*
*Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaſpes*
*obſeruant.*

POST LEGEM TRIBVNITIAM *ex quo lex fertur de tribunitia poteſtate reſtituenda.* VNVM HOMINEM VEL TENVISSIMVM *pauperem qui unde iudices corrumperet, non habet. Dolobellam autem ſignificat.* QVOD TAMETSI NON REPREHENDVNT: *Potuit enim dici, quid ergo noxius ſi pauper ſit. Non eſt damnatus?* NON GRATIA, *uult amicum uideri Hortenſij Verrem, ſed tantum*

modo prædæ participatione ſociatum. NON CO-GNATIONE, hoc ad Metellum collegam Hortenſij pertinet, qui illum tanquam ſi ſit cognatus defendit. MEDIOCRI VITIO, uitia ſuſtinebit, ſi quis nimia ſeruitute patrocinium meruerit, aut aſſentatione aliqua defendendi meruerit. INVESTIGARE, RATIONE, VIA. hoc totum ad terrendos à corruptione iudices dicitur. POST HAEC CONSTITVTA IVDICIA SENATORIA, iudicia dicit per hos. X. annos Syllæ legibus conſtituta. QVI IAM PRIDEM INVENTVS EST: Verrē dicit, QVO LOCO SIS: in tribunalibus. FAC TIBI PATERNAE LEGIS ACILIAE Manlius Acilius Glabrio legēm Aciliam tulit, de pecunijs repetundis ſeueriſſimā; in qua nec comperendinari quidem licet reū. FORTISSIMVM PATREM, Titum Manlium Acilium Glabrionem fortiſſimum. AVVM, Scæuolam dicit iuris peritiſſimum, qui cum Cn. Piſone COS. fuit quo anno. C. Gracchus occiſus eſt. GRAVISSIMVM SOCERVM FVISSE. Scaurum ſignificat.

SCAVRI CONSTANTIAM: inde ſubiecit, quid ſit conſtantia, & animaduertendum hāc eſſe artificioſam laudationem iudicum ad beneuolentiam, quæ tamen ab aſſentationis ſuſpicione ſemota eſt. ad ſuſpicionem criminis, quia multum rapuit. ratio ſaltem in corruptis iudicibus reſeruetur. SERVI DESIGNATORVM CONSVLVM mentionem facit illius rei quam de Metello ſupra monſtrauerat, ꝙ Siculos domum arceſſitos iam ante conterruit. QVA-

DRAGINTA DIEBVS INTERPOSITIS, his, qui ſunt poſt binos ludos uotiuos. atque Romanos, quos alij bini conſecuturi erant uictoriæ atque plebei. CVM HAEC FREQVENTIA TOTIVS ITALIAE ROMA DISCESSERIT: frequentiam dicit plebis ruſticæ, cui uoluit iudicij notam eſſe integritatem ſuam, conuenerat aut ex municipiis cuiuſcunque modi multitudo, aut propter Comitia ſuffragiorum cauſa, aut ludorum uotiuorum Romanorum uictoriæ plebeiorum, aut ut cenſeretur apud Cēſorem Gellium & Lentulum qui tunc erant. HVIVS LAVDIS FRVCTVM, ET OFFENSIONIS PERICVLVM VESTRVM, figura Zeuma, ad ſingula enim ſubaudiendum eſt, puto eſſe oportere. FACIAM HOC NOVVM: SED AB IIS, QVI HINC PRINCIPES NOSTRAE CIVITATIS SVNT: ANTE FACTVM: Verum dicit, & enim L. Lucilius, & item M. Licinius ambo conſulares. M. uero, & triumphalis fuit, hi cum accuſarent L. Cottam non uſi ſunt oratione perpetua, ſed interrogatione teſtium cauſam peregerunt. ILLVD A ME NOVVM COGNOSCETIS: in eo ſe dicit noui aliquid allaturum, in quo diligentius crimen expoſiturus eſt, quàm qui ante ipſum breuiter accuſauerunt. VT VBI INTERROGANDO, apparet ex hoc dicto, teſtes ſuos etiam ipſum accuſatorem interrogare conſueſſe. ARGVMENTANDI, DICENDIQVE SINT. argumentari eſt argumentis uti ad rem probandā, dicere amplificatione uti ad rē, ad delectan-

dum commouendumq; auditorem oratione perpetua. SIQVIS ERIT: QVI PERPETVAM ORATIONEM, uides qa argumentis ſe uſurũ non negat. Iam modo quãquam perpetuam orationem ſe neget habiturum in hac oratione quæ prima eſt. SI QVIS ERIT: QVI PERPETVAM ORATIONEM, ACCVSATIONEMQVE. bene hæc ſeparauit ut oſtenderet etiam ſine perpetua oratione accuſationem tamen eſſe, ut intelligi poſſit, ut res nõ una, ſed, ut duæ ſunt. NVNC ID QVOD FACIMVS, EA RATIONE FACIMVS: inconſequens locutio & obſcura non minus eſt, quàm illa in fine orationis pro Ligario, Niſi forte facimus, ſemel ponitur. CVM MVLTA LIBIDINOSE, MVLTA CRVDELITER, IN CIVES ATQVE SOCIOS, à ſpecie cœpit, et ſubiunxit ſocios dicendo, poſtea ad deos, atq; homines. ſed non eſt uitium ꝙ ſub auxeſi poſitum, non pro ratiocinatione.

SEXTERTIVM QVADRINGENTIES diximus de hac quæſtione ſummæ uariæ* in diuinatione enim ſextertium millies dixit, ꝙ ſoluimus, ꝙ adhuc non erat inſinuata criminum ratio Ciceroni, & ꝙ ex perſona Siciliæ loquebatur, augere uoluit ueritatem, & quoniam ſpe duplæ uel quadruplæ repetitionis quantum ius accuſatori progredi licuit, nam quãuis ſextertium ſeptuagies tantum dupli nomine exigi iuſſus eſt, ad gratiam ne Hortenſij an ſuam an etiam conuenientia Ciceronis ipſius parum comperimus.

DIXI. moris ueterum fuit, cum ſatis uiſum eſſet ſixiſſe uerborum, hanc ſibi neceſſitatem finiendæ ora-

tionis

tionis imponere, ut dicerent ad ultimum dixi, quod etiam ab utraque parte oratione conſumpta, ut in conſilium dimitterentur, prætor ſoleret pronuntiare dixerunt, bene ergo Tullius denuntians aduerſariys compendium breuitatis hoc uerbo uſus eſt. Dixi. non autem mihi finitur prima actio, inducentur enim dehinc à Tullio teſtes, quorum uerba in oratione conſcribere nullius elegantiæ fuit, multis autem diebus prima actio celebrata eſt, dum teſtes Verris producuntur criminum diuerſorum, dum recitantur publicæ priuatæque literæ, quibus rebus adeo ſtupefactus Hortenſius dicitur, ut rationem defenſionis omitteret, adeo perculſus Verres ut abiret in exilium ſua ſponte, nec quid amplius in iudicio geſtum eſſet, niſi quod Tullius metuens ne tantum negocium pene tacitum præteriret, finxit Verrem comperendinationi præſto fuiſſe, ut bis defenſus accuſaretur iterum, & quemadmodum uictoriæ conſuluerat breuitate dicendi, ita laudem eloquentiæ tanquam repetita accuſatione eſt conſecutus reliquorum conſcriptione librorum, qui cæteros conſequuntur.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

# ASCO. PAE. COMMENTATIO IN .III. M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM CONTRA C. VERREM.

## ARGVMENTVM.

d

Einceps hæc omnia non dicta, ſed ſcripta ſunt contra eum . quod ita factum eſt. Fingit Cicero adeſſe in iudicio Verrem comperendinatum, & reſpondere citatum, & defendi. in cæteris enim orationibus defenſor futurus accuſationis officium his libris, qui Verrinarum nomine nuncupantur, compenſare decreuit, quoniam accuſare multos indecorũ Tullio uidebatur, et in una cauſa uim huius artis & eloquẽtiæ demonſtraret. nam & bene intelligentes omnẽ uirtutem oratoriam quæcunq; in criminationibus conſtituta eſt, hic expreſſam uident. & contra ex hoc defenſionum uim in cæteris orationibus & neruos eius ex hac uirtute cognoſcunt, quæ in opprimendo exprimitur reo. Igitur rerum ſcena ſic ficta eſt, ut dicit Tullius, non ut acta res eſt. ADEST, inquit, Verres, reſpondet, defenditur. ergo cum prima actione accuſatus ſit ac defenſus Verres, nunc uelut defenſus iterum, ſic enim mos erat, in altera actione accuſatur ad ultimum rurſus oratione perpetua crimina repetundarum, & alia pleraq; anteacta uita ſæpe firmantur. ſumitur etiam hic ſæpe defenſio. omnis enim confirmatio ab attri

butis

butis negocio ſumi ſolent . ergo attributa perſonæ & maxime in anteacta uita quæri ſolent, negotij in ipſo crimine. Libros igitur pro qualitate criminum Tullius diuidens, anteactis unum dedit. Hunc ſcilicet ſolum crimini ipſi repetundarum. IIII. Vnum de iure dicendo, alterum de frumentaria, tertium de ſignis, quartum de ſupplicijs. ad hanc enim ſimilitudinem poeta Virg. Minoem iudicem apud inferos tanq̃ ſi prætor ſit rerũ capitalium, quæſitorem appellat, dat ibi ſortitionem ibi urnam nominat. dat electionem iudicum, cum dixit conſilium uocat. dat cognitionem facinorũ, cum dicit -Vitasq; & crimina diſcit. Ergo hic liber qui de anteacta uita eſt, ſtatum neceſſe eſt coniecturalẽ habeat. capita autem quæ ipſe Tullius fecit diuidendo totam hanc accuſationem in legatione, uice quæſturæ. tertio in prætura urbana. nã cum oẽs eius actus quæſturæ nomine legationis, præturæ Vrbanæ, Siciliensis'que quadripartita librorũ diuiſiõe cognoſcantur* anteacta enim omnia hoc libro comprehẽſa ſunt ad eorum finẽ quæ poſt dicuntur. Procemia ſane huius libri inſinuatione conſtituta ſunt, quaſi uera accuſatione in Verrem audentem adeſſe, atq; defenſum, exhortatione iudicum ad recte iudicandum, tum in minis contra adverſarios, & in exhibenda ratione officij ſui, cur ita ualuerit accuſare, ut prima actione tantum teſtibus uteretur, quæ omnia eiuſmodi ſunt, ut non tam noua dicere, quam dicta libri ſuperioris inſtaurare uideatur. Poſt hæc omnia ipſius Ciceronis per honores Verris cum criminibus iunctos diuiſio per ordinem temporum currit.



ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

NEMINEM VESTRVM IGNORARE ARBITROR IVD. hoc totum figmentum eſſe Ciceronis, ut ſequentium librorum uera actio uideatur. nam Verres iam ſua ſponte elegit exilium. RESPONDET: recte dictum eſt reſpondet. nam apud ueteres & iudices, & rei, & accuſatores, & defenſores dicebantur à præcone prætorio. PATIOR IVDICES: dolere debuerit, reſtitit ſibi, pati ſe & æquo animo ferre dicit, ut pugnam uictoria conſequatur. NEQVE ENIM SALVS VLLA REIP. MAIOR EST: eadem repetit quæ in prima actione dicta ſunt è Rep. eſſe damnari Verrem. DILIGENTER REIECTIS reiectos iudices pro electis intelligi conuenit, ibi enim reiectio iudicum ubi & retentio continetur; in reiectione autem accuſatoris, uel fides accuſationis, uel præuaricationis, ut ſupra dixit, apparet. AC PROPE DEPOSITVM DESPERATAE SALVTIS, ſic & Vergilius.

» Ille ut depoſiti proferret facta parentis.

Poſtremo ut eſſet hoc iudicatum, ſubauditur acceſſi ἀπὸ κοινοῦ ad omnia, quibus hoc uerbum in hac ſententia conuenit. HOMO EST NOCENTISSIMVS. Terentius & habet quod det, & dat nemo
» largus, & de perſona. fatuus, inſulſus, tardus ſtertit.
» IMPIE, NEFARIEQVE COMMISIT. Neſandum eſt non fandum. Nefarium quod ſacra polluit farre pio ſolita celebrari, ergo nefarij ſacrilegi. AGVNT EVM PRAECIPITEM proprium Ciceronis & in orationibus & dialogis & in epiſtolis eandē

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

lis eandem ſententiam dicere, & uti eloquentiæ diuerſis modis iiſdem ſententijs, tamen ab aliqua occaſione repetitis, nam & hic repetitio Verris in qua uidetur inſaniæ Verri cauſam uelle monſtrare. eſt enim hic locus de ſupplicijs irrogatis, ubi oſtendit ciues R. Verrem pro prædonibus occidiſſe, religiones uero, cærimoniæ de ſignis, de furtis, tacet modo quaſi idoneis ad furorem auaritiæ, ſupplicio communi, extimatione litis, exilio. CVI DAMNARI EXPEDIRET. quia minor in damnatione pœna, quàm in concione Po. Ro. & in eorum animaduerſione, non iſtum modo terret ſubtiliter etiam iudicibus comminatur. NON ID TEMPVS: quod inuidioſum ſenatui eſt. NON IS REVS: qui et nocentiſſimus. NON ID CONSILIVM quod ex optimis uiris lectum tale eſt, ut ſiquid in ipſo culpæ fuerit ſe * pariti melius eſſe natum me. * NE ACTOR QVIDEM Tullius ſcilicet in quo omnia ad uincendum parata. AD ALIVD IVDICIVM po. ſ. & æquitum Ro. ALIENO NOMINE quæſtores urbani ærarium curabant, eiusq; pecuniæ expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſueuerãt. alieno autem nomine dicit Carbonis nomine, uel exercitus eius. nã cõſulis militum eius nomine pecunias ex ærario ſum ptas auertit, conuerſus ad Syllam bellis ciuilibus. alieno nomine ad frumenti emptionem quod Siculis non perſoluit. DE CAPITE hoc in Sicilia fecit gratioſius in decumanos, ut frumentum in auctione promiſſum ab decumanis uſibus. po. Ro. cum illi refragarentur a * plicito de ſumma detraxerit, minusq; eos in-

*ferre paſſus ſit annonæ Po. Ro. quod illicitum probatur multis documentis.* M. MARCELLI, ET P. AFRICANI MONVMENTA, *ſigna conceſſa & reportata Siculis à M. Marcello & Scipione Africano. Nã Marcellus donauit, quæ uictis Syracuſis aſportare iure belli potuerat. Africanus uicta Carthagine reportauit, quæ uictis Siculis ademerant Pœni.* MEDITETVR DE DVCIBVS HOSTIVM: *hic crimen de ſupplicijs eſſe cognoſcitur, in hoc enim libro hæc latius explicantur.* QVOS IN EORVM LOCVM SVBDITOS *captis prædonum ducibus Verres illos quidem remiſit accepto præmio, pro illis autem mercatores innocẽtiſſimos, partim trucidauit, partim domi ſuæ priuatim reſeruauit, qđ diceret timuiſſe, & ibi nec criminaretur eos ipſe à ſe pecunia liberatos eſſe.* VSQVE DVM PRO ME LICVERIT: *quãtum in ipſo fuerit. Ad hoc domi ſuæ priuatus quod eſt maieſtatis crimen, hoſtes publicos habere non poterat. ſed finem fecit huius audaciæ me cogente qui inſtitui ut de eius domo in publicam cuſtodiam ducerentur.* QVO ME IAM PRIDEM VOCAT PO. RO. *ſe dicit quia ædilis eſt factus, ut defendat libertatem Po. Ro.* QVI COGNITORES HOMINES *hoc genus defenſionis in iure cognitor dicitur. maxime cum de alicuius ſtatu agitur. ipſe alibi cognitorem iuris ſui.* QVINQVE ET XXX. *ac per has totus. Po. Ro. principio tres fuerunt. Tatienſis una à Tatio rege. Ramnes altera à Romulo. Luceres altera à Luco monte ſiue Lucretino, ſiue à Luco, quem Lucum Aſylum uocauerat Romulus.*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mulus. Poſt de nominibus ſabinarum plures fecere q-
bus præcatricibus parentum bellum maritorumq; fi-
nitum eſt. ad poſtremum. XXX. & V. factæ. Obtinue=
runt autem nomen aut à tributo dando, aut quia pri
mo tres fuerunt, unde etiam tribuni dicti. RELI-
GIONEM quia iurati teſtes dicebant. LAVTV
MIAE, carcer Syracuſis lingua ſiculorum. Lautumiæ
autem lapidicinæ dicũtur loca cæſis lapidibus excecta.
DE LOCO SVPERIORE: de roſtris quippe
qui ædilis ſum factus. QVO IN NVMERO
È VOBIS COMPLVRES FVERVNT:
alia enim ſortitione nunc ſedent. illa diuinatione con=
ſtituendi accuſatoris alia fuit. INIMICITIAS
IVSTAS ad aliud argumentum uictoriam ſuã in-
terpretatus. ſimpliciter fatetur quod in diuinatione ex=
pugnauerat, non idoneam fuiſſe cauſam accuſandi Ver
ris Cæcilio commentitiam ſimultatem, iuſtas inimici-
tias magnas dicit, ut è contrario Virgilius.
Iniuſto ſub faſce uiã dũ carpit.- CVM ID PO-
STVLARET: bene addidit, q̃a in diuinatione hu
iuſce rei mẽtio facta nõ erat. VIM INQVIREN
DO TANTAM HABVI: dicit plura crimina
inueniri potuiſſe q̃ inuẽta ſunt, ſi uellet Tullius nõ ad
legem repetundarum inquiſitionem facere, ſed ad uni
uerſa quæ commiſerat Verres. Nã certe quantum ab-
ſtulerit ex Sicilia Verres, nõ quantum flagitij commi
ſerit dicere, accuſatorem cauſa compellit. NE QVIS
DE MEA FIDE, ex Verris pecunioſi rapinis in-
uidioſum & apud iudices plurimum, ut non ſine cau
ſa de eorum ſubſtantia Cicero dubitare uideatur, &



ΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ualet ad ſuſpitionem magnopere immo redẽpti Hortenſij & fautorum Verris ad defenſionem eius, quo ſe quoque è ſuſpitione hominum non excepit Tullius.

SCIEBAM IN REIICIENDIS IVDICIBVS multi inquit ita ſubtiles fuerunt præuaricatores, ut in tota actione fideles actores eſſe uiderentur, qui tamen non effugerunt ſuſpitiones hominum, in reijciendis iudicibus uerſarentur. reijciens enim malos, & retinens bonos uerus accuſator intelligitur. qui uero contra facit & ſit impedimento cæteris, aſtu tegat, de hoc intelligitur ꝙ præuaricator exiſtat, & bona accuſatio cum cauſa laudantis iudicis oritur is.*

POST HVNC STATVM RO. PO. QVO NVNC VTIMVR: qui eſt per. X. annos ex quo Sylla uicit, ex quo iudicat ſenatus. QVAM ISTE LAVDEM uitat argumentum quod ipſe rhetoricorum* reprehendit, & commune appellauit. QVI CVM P. GALBAM IVDICEM REIECISSET: bonum. M. LVCRETIVM RETINVIT: malum ſcilicet, ſed tamen ſcire uos conuenit hunc Lucretium à Cicerone eſſe reiectum, neq; enim præſentem iudicem uituperare fas fuit. REIICI PASSVS ESSET: ac per hoc reiecaſſet ipſe.

CONTRA FIDEM MEAM NIHIL POTVISSE: quia non ſum edilitate deiectus.

DEINDE RELIQVIS DIEBVS, apparet multis diebus prima actione accuſatum productis teſtibus Verrẽ. NON ENIM SPOLIA C. VERRIS, ut quadruplator, qui de condemnati bonis ipſe aliquid ſumam. SED EXISTIMATIONEM

NEM ut bonorum ciuium cauſa, cui rei contrarium eſt ſine cauſa. DEFENSOREM PROVINCIAE CONSTITVI: ET DELEGI? ſubaudiendum & ad omnia meum fuit. ABSTVLERIT? pro ſuo habuerit, perſuaſum ſibi oſtenderit. QVANTO PERICVLO VENTVRI SIMVS AD EOS IVDICES: uult intelligi me tuendum eſſe ſenatui ne equites Ro. iudicent quos non ſolum pro integris, ſed etiam pro inimicis nobilitatis uult prætor iudices eſſe. A PORTA SVBITO RETRAXISSET: hoc comminiſcitur Cicero ut credamus ueram fuiſſe ſecundam actionem, quæ ſecundũ ueram geſtorum fidem non dicta, ſed ſcripta eſt. NON SINE CAVSA corruptis iudicibus ſcilicet. NVNC NE NOVO QVERIMONIAE GENERE aſtutia Ciceronis hæc fuit, utẽdo teſtibus ut nihil reliquiſſet Hortenſio, niſi ut eos interrogare poſſet, dicendi autem facultatem nullã ei dedit, nihil ipſe dicendo. & enim metuebat ne, ſi locum dicendi inueniſſet Hortenſius, breuitatem temporis longa oratione conſumeret, ut ſecũda actio apud alios iudices, qui corrumpi poſſent, aliumq; prætorem poſt Cal. Ianu. perueniret COSS. futuris ſe & Metello fautoribus Verris. hæc ita ſunt quemadmodum dicimus, ſed Cicero ſic proponit querelam Hortenſij, ut & iniuſta & ridicula eſſe uideatur, & eſt ordo nunc de nouo querimoniæ genere uti poſſet Hortenſius. MOREM ILLI GERAM: * HIC TV FORTASSE ERIS DILIGENS: Apoſtropha ad ipſum Hortenſium, qua oſtendit non poſſe ſe cogi uti oratione

perpetua, & omnibus horis ſuis ſi nolit uti, & mire horis dixit, cum dies ſint plurimi, ut oſtendat nimiam diligentiam & eas horas dicentis dictione eſſe compl ẽdas. Veteres prætera generaliter dicebant more græcorum. QVOD MIHI LEX MEA CAVSA DEDIT: de commodo proprio licere unicuiq; detrahere, præſertim cum ei de aduerſario nihil poſſit eſſe cõmune. EA RE QVIDEM, ut quæſtionẽ propoſitã infirmaret, cauſam propoſitionis affinxit, quæ ſibi ſolutionem propoſiti, quam uolebat, afferret. In hoc quidem genere cauſarum cõiecturali ſcilicet. ADIMO ENIM COMPERENDINATVM: pro comperendinatione poſuit, & eſt ſenſus, aufero uobis moleſtiam bis dicendi, ſed quid dices utile eſſe bis dicere, & mihi ego denego hanc utilitatem, in qua re cur me accuſes, non habes. & enim comperendinatio propter me magis q̃ propter te eſt inſtituta, aut non magis propter te, q̃ propter me. ſi enim numerum dicendi conſideres, ex æquo res eſt. ſi ordinem, ego ſum prior. nam ſi accuſator dixerit reſponde prima actione defenſor, ut rurſum comperendinatio iudicio dicat prior defenſor, & defenſionem tanquam duplicem in medio poſitam obruit ultimus accuſator. GLAVCIA PRIMVS TVLIT: ante legem glauciam de comperendinatione, aut ſtatim ſententia dicebatur ſi abſoluẽdus eſſet reus, aut amplius pronunciabatur ſi uideretur eſſe damnandus, cum dixiſſet ius non liquet. hoc eſt obſcura cauſa eſt. itaq; ea pars interpoſita dilatione dicebat, in cuius peroratione uidebatur obſcuritas. comperẽdinatio uero utriuſq; partis recitatio eſt, alij ſic adno.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

tant, comperendinatio eſt ſecunda actio. item comperē dinatio eſt ab utriſq; litigatoribus inuicem ſibi denuntiatio in perendinum diem. nāq; cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem qui dabatur poſt trigiſimum diem, quo dato deinde inter ſe comperendinum diem ut ad iudicium uenirent, denunciabant, quo cum eſſet uen=tum, anteq̄ cauſa ageretur, quaſi per iudicem rem exponebant, quod ipſum dicebatur cauſæ coniectio quaſi cauſæ ſuæ in breue coactio, alij ſic. inter comperendinationem & ampliationem hoc intereſt, ꝙ comperendinatio ex una tantum repetitur cum ante iudex non intelligeret, & omnino ſi ſuadebatur iud. bona cauſa, abſoluebant eam, ſi mala, non ſtatim damnabant, ſed hac excuſatione parcebant. Nam cum condemnandi nota eſſe. K. litera abſoluendi * ampliandi ſignum. N. L. quod dabant quod ſignificabat non liquere. Vnde ampliatio naſcebatur. IVDICARI dici ſententia abſolutionis hoc ſignificat id quod ſequitur. CITO ABSOLVI, iudicari, tardo condemnari, ampliari.

ACILIAM LEGEM Acilij Glabrionis patris huiuſce prætoris de quo etiā ſupra dixit, de quo quæ lex neq; comperendinationem ampliationem. * MITTAM IN CONSILIVM: i. porabo, nam mittere iud. in conſilium, eſt demittere iud. ad ſententiam dicendam, ubi allegatis omnibus argumentis Orator dixerit, dixi. SEXTERTIVM QVADRINGENTIES in diuinatione millies dixit, ſed cur ita uariauerit fidem ſummæ iam, in ſuperioribus diximus. NOMINA SVA EXEGISSE: tituli de=

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

bitorum nomina dicantur praeſertim in iis debitis in quibus hominum nomina ſcripta ſunt, quibus pecuniae commodatae ſunt, cui rei contrarium eſt mutuas accepiſſe, ergo nomina debita uel debitores. HAEC EADEM SE AVDISSE DICERENT. apud antiquos & de auditione teſtimoniũ dicebatur. VT IN TESTIBVS INTERROGANDIS tenere debemus interrogationes teſtium & accuſatoris et defenſoris eſſe, & eius qui producit, & eius contra quẽ producuntur. SED ETIAM PO. RO. qui circum ſubſellia coronam facit. INTERPOSVISTIS ACCVSATOREM: qui iſte ſit accuſator, uel quem accuſet, in priore libro iam notauimus, ꝙ autem dicit menſes mihi tres cum eripuiſſet hoc dicit. C. autem & .X. dies inquirendi in Sicilia poſtulaui, conſequens erat ut etiam quinquageſimo die rediſſem, ut rediĳ ſtatim accuſarem quod poſſim facere. Interpoſuiſtis accuſatorem quẽdam cuiuſdam ex Achaia rei qui ſibi. C. & .VIII. peteret, & ita factum eſt ut quãuis ego feſtinatò redierim, ille adhuc proficiſcatur, non potuerim tamen agere donec complerentur illo abſente. C. & .VIII. dies, ſic enim erat à prætore legibus ordinatum, ut ſi intra centum & octo dies ille inquiſitor Achaicus adueniſſet, priore loco ageret, ita factum eſt ut propè tres menſes ſine ludorum impedimento ad agendum appoſitos ſine cauſa Tullius amiſiſſet aduerſariorum dolo, centum enim & octo dies pluſquã tres menſes ſunt. VT CVM HORIS NOSTRIS VSI: horis noſtris .XX. diebus ſcilicet, hi enim dabantur ad accuſandum legitimi totidẽq; defenſori ad

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

reſpondendum. NE QVEM NEMO PRIORE ACTIONE DEFENDERE AVSVS ESSET: teſtes tabulæq; ficti dari ſolent, itaq; ab accuſatore dantur. non ficti non dantur teſtes, ergo nihil proſunt à parte defenſoris, quid ergo facit pro defenſore, oratio ſcilicet cuius poteſtatem Hortenſius non habuit tacente accuſatore, non ergo defendere Verrem non auſus eſt. quia non poterat ut uolebat, in totum prætermiſit Hortenſius. SI, QVAM DIEM QVI ISTVM ERIPIENDVM REDEMERVNT: fingit Tullius perueniſſe ſe ad pactionem eorum qui in ſe ſuſceperant procurationem corrumpendorum iudicum, & liberandi Verris, quos ita in cauendo ſcripſiſſe dicit pro eo ſe promittere corrupturos eſſe iudicium, ſi poſt Cal. Ianua. de Verre iudicarent. EAM EGO eſſem ſtultus, inquit, ſi quam diem illi in promittendo elegerant, ego in accuſando non refugiſſem, præſertim cum poſſem effugere, ſi imprudens non eſſem. NVNC MIHI TEMPORIS EIVS, QVOD MIHI AD DICENDVM DATVR: alij ferunt hoc dies. XX. alij pauciores, alij plures. AVT EX ISTO, QVEM SVI SIMILLIMVM PRODVXIT: reprehendunt homines ſtultiſſimi Tullium q in filio Verris innoxiam lædat, ac tamen ignorantes illum accuſatoria arte prouidere, ne in Epilogis productis ab Horteſio conciliet miſericordiam iudicum patri. LENONVM, ALEATORVM, PRODVCTORVM Lenones ſunt ſcortorum. productores etiam inuitarum perſonarum, & in quibus ſtupra exercita legibus uindicantur.

QVAESTOR CN. PAPIRIO COS. FVISTI, *uno nomine. Cn. Papirij Carbonis & tempus criminis ſignificauit, & crimen, legitur tamen & conſuli.* OBTIGIT TIBI CONSVLARIS: *prouincia ſubauditur.* DISSENSIO CIVIVM: *leuiter dixit bellum ciuile grauiſſimũ Syllæ cũ Marianis.* QVID SENTIRE DEBVERIS: *cum quibus facere hac ſorte, potuiſti enim et debuiſti ſi nolles, repudiare illam ſortem, aut ſuſceptam tueri.* PECVNIA ATTRIBVTA *quæ in ſtipendium militum de ærario de tribunis ærarijs adnumerari quæſtori ſolet, ergo Verri adnumerari intelligitur.* VOLVNTATIS ILLORVM, *ſyllanorũ. ſ.* COMPILARIT: *pilos peruellerit, ſic fraudauerit furto ut ne pilos quidẽ in corpore ſpoliatis reliquerit.* AD NOBILITATEM, *hoc eſt ad ſuos. totum hoc per ironiã dicit in ** ACCEPI INQVIT *referri ad æerariũ ratio ſolet pecuniæ publicæ à quæſtoribus. Verres igitur rettulit, ſed Tullius hoc reprehendit, primo falſam hanc relationem breuem eſſe, deinde icirco acceptam quia proditor Carbonis fauorẽ ſibi apud Syllam comparauerat. Nam paucis uerbis quid acceperat, quid reliquerat dixit.* DEDI STIPENDIO, FRVMENTO, LEGATIS, *hæc omnia nomina ſunt erogationum quibus aut ſtipendium militibus dediſſe ſe dicit Verres, aut frumentum coemiſſe in annonam exercitus, aut legatis & proquæſtori in ſumptũ * alimenta de publico dant.* COHORTI PRAETORIAE *comitibus conſularibus. Veteres enim oẽm magiſtratum cui pareret exercitus Præ*

torem appellauerunt, unde & Prætorium tabernacu lum eius dicitur, & in caſtris porta prætoria, & ho= die quoq; præfectus prætorio. PRO QVAESTO= RE. i. pro officio quæſtorio, ſignificat autem quæſtoris annonas, ſ. bi imputat pecunias publicas datas, Verres accepi inquit bis ducenta trigınta quinq; millia qua- dringentos decem & ſeptem numos. RELIQVI ARIMINI SEXCENTA MILLIA. hæc ſumma cum ratione conſentit. HOC MODO AVT TV HORTENSI, AVT EGO ambo enim fuerunt * ueriſimile eſt tantæ pecuniæ rationem duobus uerſiculis confici potuiſſe. OPPIDVM SI= SI ELEGIT ARIMINVM: hoc oppidum Al binouanus Syllæ prodiderat, dux ipſe Marianus.

RECITA DENVO. P. LENTVLO, L. TRIARIO QVAESTORIBVS hoc eſt caput lectionis relatarum à Verre rationum ad ærarium totius quæſturæ eius. NON VT HONOS, ET DIGNITAS pro nobilitate pugnante Sylla contra Marianos hac eadem cauſa, ſed ut eſſet tráſfugio aie bat Verres, ut dignitas et ſalus nobilitati reſtitueretur. IIDEM FECISSES: QVOD ANNO POST A. PISO exemplo urget Verrem, ut oſtendat quid facere potuiſſet, niſi furtum pararet. BENEVEN- TI ESSE IVSSIT beneuentani plerique Syllani erant. NON MODO EXISTIT: emergit, exoritur, exurgit. MALLEOLO OCCISO ſuſpitioſo uerbo uſus eſt, nam non inſiſtit ut probet à Verre occiſum eſſe, ſed ita uult uideri, q̃a Verri mors eius lucro fuit. ALTERAM TVTELAE, filij Mal

leoli tutor factus eſt Verres, quæ in ipſo ualebant crimina, apertius hoc poſtea dicturus eſt Tullius, etenim accuſator Dolobellæ uolens indice Verre uti contra Dolobellam librum criminum communium Verris et Dolobellæ Verri oſtendit, & promiſit hæc ſe crimina nõ obiecturum, ſi ſibi Verres & proditionem Dolobellæ proderet, & teſtimonium aduerſus eum diceret, quare Verres Dolobellam cui legatus et pro quæſtore fuerat, oppugnare compulſus eſt. Inimicos autem accuſatoresq; Dolobellæ, Cæſarem dicit, nam Scaurus Dolobellam alium accuſauit, nec damnare potuit. MISER CVM ESSET: miſerum pro innocente Tullius ponit, ſic alibi, & erunt qui illum ſi hoc fecerit non improbum ſed miſerum. * Me non diligentiſſimum. c.ſ. c.r. * EX COMMVNI CALAMITATE ex Syllanis temporibus. ſ. ne diceret de Sylla, clauſit ut diceret Sylla mihi iuſſit. Sylla hoc fecit. CIRCVNSCRIPTO, ſublato, circunducto, ac prætermiſſo, aliâs decepto ſignificat. POSTQVAM CN. DOLOBELLAE ἀνακεφάλαιωσις de Dolobella, nam ſupra de eiuſdẽ natione dicebat. EST MIHI ALIVS LOCVS de ſignis ſcilicet an peculatus ſi hinc euaſerit Verres. AESTIMATVM. impoſito pretio exactum, ſecundum legem repetundarum. ITA MAGNI FLVCTVS EIICIEBANTVR. extra fines litoris exibant. TEMPORIBVS EXACTIS mẽſibus exactis. SACRA PVTATVR, ſacra mari colitur medio, elegerunt potius ſacra dicere, q̃ id quod in conſuetudine eſt ſacrata. VT NE PERSAE QVIDEM, CVM Dario Xerxeq;



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

œcę; duce. DIS HOMINIBVSQVE quia nō ſolum hoſtes erant, ut pote barbari, uerum etiam mo re gentis ſuæ nulla dis in terris templa condenda eſſe credebant, præſertim cum uni ſoli quē uenerarentur, uix mundus ipſe ſufficeret. Erant ergo & ædium ſa crarum & ſimulachrorū euerſores. EQVOS, MV NERA quærēdum cur equos à cæteris muneribus ēparauit, an qa Aſiani magno pretio æſtimant equos. QVEM QVONDAM IN COMITIO VI DISTIS: licebat enim multa hæc ſigna reportare Romam ædilibus ad ornatum ludorū, & rurſum ſo ciis reportare, nec hoc crimen diſtulit in oratione quæ ſt de ſignis, qa ſpecialiter crimen & breue eſt, nec ha et quod adiici poſſit. IVNONIS SAMIAE, inc Virg. Poſthabita coluiſſe Samo.– NON AD PRAETOREM, SED ROMAM DEFERRI PORTERE. atqui legimus de Oppio et de Pro lio apud Oppium. *depoſitaſq; ſellas,* ſed apud eos ub qbus agebant aut quæſturam aut legationem. Le tus autem Verres non Neronis ſed Dolobellæ erat. CVM OBSIGNANDI GRATIA VE- ISSEM. moris fuit ut accuſator obſignaret domū, clauſa omnia eius quē accuſaturus erat, nequa fur tum indicia aut in uaſis, aut in ſignis, aut in literis, ſtituta, ab eo remouerentur. AD OMNES CO VMNAS, locus ante locum, nō dicitur. IN SYL A, in uiridario. SVB DIO ideſt ſub cælo, cælū eci ἐν δίᾳ dicunt, ſed ita declinatur hoc dium hu dij huic dio hoc dium, o diū ab hoc dio. QVAN CV ALIVM PRAETOREM, Metellum. ſ. cū

iudicibus, quos in horum locum quẽadmodum ſupra dixit, ſubſortiturum ſe Verres eſſe credebat. NOSTRIS TESTIBVS, QVAM HORIS uſus eſt enim prima actione Cicero magis teſtibus ſuis q̃ temporibus, ideſt ſibi ad dicendum lege datis. QVAESITOREM, dicitur & quæſtorem, ſi quæſtorem illum ipſum Glabrionem cuius cura eſt ut ſocijs omnia rapta reddantur, ſit quæſtorem ad quẽ redigüntur proſcripti bona, & à quo ſocijs adnumerantur. SECTOREM autem dicit æſtimatorem redẽptoremq́; bonorum damnati, atq; proſcripti, qui ſpem ſectans lucri ſui, ideſt ſecutus ſpem æſtimationis ſuæ bona omnia auctione uendit, & ſemel infert pecuniam uel ærario uel ſocijs, contra hos igitur iam pugnat Verres, in q̃bus ſubtrahens omnia ſigna non contra ſe, qui illum etiam ſubtractis ſignis teſtimonijs tamen poſſum conuincere. TRIERARCHVS: naui trieri præpoſitus. Triremis ternos remorũ ordines habet, ita & biremis, & quadriremis, & deinceps dicuntur. QVEM OMNIA INTVS CANERE DICEBANT: cum canunt cythariſtæ, utriuſq; manus funguntur officio, dextra plectro utitur, & hoc eſt foris canere, ſiniſtra digitis cordas carpunt, et hoc eſt intus canere. Difficile autem quod aſpendius cythariſta faciebat, ut non uteretur cantu utraq; manu, ſed omnia, ideſt uerã cantionem intus & ſiniſtratam tum manu complecteretur, unde oẽs quotquot fures erant, à græcis aſpendij cythariſtæ in prouerbio dicebantur. Quod ut criminis ita iſti furtorum occultatores erant, ualet hoc prouerbium, & in eos qui multum inteſtinis ſuis

nis ſuis commodis conſulunt præter honeſtatem. ARTIFICIO SVPERASSE ut intrinus poſitus eſſet, qui intus cantare conſueuerat. PERGE FANVM ANTIQVISSIMVM, apparet oppidũ pergen uocari, cuius nominatiuus caſus perga eſt, ergo aduerbium loci perge. fanum religioſiſſimum templũ unde fata petuntur. QVID DE L. SCIPIONE? de quo cum ſenatus ambigeret utrum idoneus eſſet, qui in Aſiam contra Anthiocum mitteretur. P. Scipio Africanus frater eius legatum ſe ei obtulit ad id bellum gerendum, & uictoriam reportauit. QVID DE L. MEMMIO? legatorum populi Ro. uiolatorum cauſa bellum aduerſus Corinthum græcam urbẽ ſſit Po. Ro. eamq; deleuit duce Memmio, cur autem græcorum triumphorum ponit exempla? quia de ſignis loquitur, quorũ copia apud græcos eſt conſtituta. OMNES ERANT EIVSMODI: boni ſcilicet. SERVILIVS bona occaſione præmendi iudicis im obteſtatione coniuncta, hic enim bellum in Cilicia ſſit, deq; ea triumphauit capta Coryco, Olyntho, Fade, de tribus magnis eius terræ urbibus. LEGAVS QVAESTORIVS legatus ex quæſtore a. s. PER TRIVMPHVM VEXIT: Herlis enim ſigna ante triumphantem uehi per pompã ebant. AD AERARIVM PRAESCRIENDA hæc fuit ueterum diligentia, ut quod quiſq; ſubiugata prouincia per triumphum apportauiſperſcriptum in tabulis in ærario reponendis conuaretur. FIGVRAM, STATVM, figura eſt a geſtum ſitum'q; membrorũ, ſtatum circa ornatum

& habitum, uestis insignium, & armorum. CERTE MAIOR non uideo quid oportet hic sensus. nihil enim mirum diligentiorem esse Seruilium q̃ Verrem, si ita est, nisi forte quod ait certe maior is, sic accipiamus quasi dicat Verrē maiorem, & quod subiunxit, argumentum seruitutis q̃ uoluptatis maiorē esse fructum dicens. TVA QVOQVE SIGNA, oratoria Plasi, hanc sibi obiecit quæstionem, quæ genus confessionis in se habet. Nam ædili atq; prætori Hortensio & item Metellis rapta ex prouincijs signa ad ornandum forum & comitium commodauerat Verres. olim enim cum in foro ludi populo darentur, signis ac tabulis pictis partim ab amicis partim ē græcia cōmodatis utebantur ad scenæ spēm, quia adhuc Theatra non fuerant. COMITIVM locus propter senatum quo coire equitibus, & Po. Ro. licet. QVI SE IVDICIORVM DOMINOS, Hortensium, cæterosq; nobiles. EX ASIA, ATQVE ACHAIA unde fuerant ista signa p furtum sublata * nam solebant magistratibus commodare reddenda. HABEO ISTIVS, ET PATRIS legitur. ACCEPTI TABVLAS. idest acceptarum pecuniarum. legitur Et habeo, & accepi. moris autem fuit unumquenq; domesticam rationem sibi totius uitæ suæ per dies singulos scribere, in quo appareret quid quisq; de redditibus suis, quid de arte, fœnore, lucro'ue sepo suisset, quo die & quid item sumptus damni'ue fecisset. sed postq̃ assignandis literis reorum ex suis quisq; tabulis damnari cœpit ad nostrā memoriam, tota hæc uetus consuetudo cessauit, dicit igitur Tullius habere se

& patris

& patris eius tabulas quo ad uixit, & ipſius Ver-
ris, quoad confeciſſe dixit. Ex quibus prædeſt q̃ multæ
tabulæ pictæ, quanta ſigna apud eum nulla emptionis
origine furto capta noſcantur, remoraturq; in eo quod
ſe dicat Verres nõ ex alio tempore cœpiſſe literas, do
muſticæ rationis feciſſe, & ex aliquo tempore deſtitiſſe,
quod fictum nullo exemplo defendi poteſt. CVM
IMPERIO AC SECVRIBVS, ironia mera
Synchoreſeos cum imperio ac ſecuribus bene, quia li-
cet negotiari eqtibus & priuatis. DEINDE AN
TONIO hic eſt M. Antonius diſſolutiſſimus curator
largitatis oræ maritimæ, Cretæ mortuus, de quo ipſe
dicit, & poſt M. Antonij infinitum illud imperiũ ſen-
ſerat, & quem Saluſtius ait perdundæ pecuniæ geni
tum, & uacuum à curis niſi inſtantibus. EST ALI
QVA ETIAM HVIVSCE REI RATIO.
uel mala, uel bona. dicat ergo & ſi non bonam, appa-
ret eſſe tamen aliquam rationem, ita ut ipſe dicit bona
ratio nunquam ſcribẽdi, iudicium perſeuerãs de tabu
lis non conficiendis aliquando cœpiſſe, correctio erro-
ris, ſi melius deſtitiſſe cũ cœperis, mala ratio. eſt enim
inconſtantia et mutatio quædã in deterius. VSQVE
AD M. TERENTIVM, ET C. CASSIVM
COSS. ab horum conſulatu uidetur tabulas Verres
rationum ſuarum deſtitiſſe conſignare, quãuis à præ-
ſenti tempore non longe abeſt. ALIO LOCO
EIVSMODI SIT: CONSIDERABI-
TVS. ſ. ad detegenda furta pertinet iſta prætermiſſio
rationũ, ne conſcriptis ijs quæ ante habuit, & ijs quæ
nunc habet extraordinariarum rerum poſſeſſio cer-

neretur. ATQVE VTINAM NEGES. cum enim conſceris, et ſi improbe, uideris tamen aliqd dicere, cum dicas non rapui. ſi autem negaueris, & conuinceris, et huiuſmodi defenſiōe nudaueris. IMPLVVIVM locus ſine tecto in ædibus quo impluere imber in domū poſſit. QVAE SECTOREM EXPECTANT, repetundarum cauſa ita ſe habet, ut ſi conuictus reus ſit atq; damnatus, pecuniā reddat extimata lite, hoc eſt in pretium redactis omnium furtis, quam ſummā pecuniæ proſcriptis eius bonis ſectores curabant. Sectores autem dicti ſunt qui ſpem lucri ſui ſecuti bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proq; his pecunias pēſitabāt ſingulis ac in poſtera pro compendio ſuo ſingulas quasq; pecunias populo uendituri. ſola ergo hæc duo ſigna dicit apud Verrem relicta aſportatis ad amicos cæteris ſignis. AT CREDO transitus ad aliam criminum ſpeciem. non enim hæc quæ ante acta ſunt, ſic dicit tanquam Siciliēſia crimina propria huius cogitationis, quæ per ſingulos libros conſtat eſſe diuiſa, ut de iure dicundo, de frumentaria, de ſignis, de ſupplicijs. AD SVMMVM GRAECORVM OTIVM. Diuiſam ſententiam de græcis habitam, quos ocioſos & leues eſſe conſenſum eſt. CVM A' CN. DOLOBELLA EFFLAGITASSET: ergo non e' rep. ire coactus eſt, ſed ut mitteretur, ambitione perfecit. Nicomedes autem Bythiniæ rex eſt. Sadala Thraciæ, ambo ſocij. Po. Ro. IANITOREM QVENDAM Ianitorē cum dixiſſet, addidit quendam, ut oſtenderet non appellatiuum nomen eſſe, ſed propriū. HOMO FACTVS AD

ISTIVS

ISTIVS LIBIDINES: in naſcēdo ſortem, in fa
ciendo induſtriā. bene ergo nō natum, ſed * tantam na
turam dixit * perductorum fingeret Verri non dicen
dum * noſtra procreare. VIDEANT: ſi in promptu
eſt res. INVESTIGENT: quam non uideant, &
ideo in poſterius poſitum. CVM SVAE PAR=
TES ESSENT ideſt uiciſſitudo tāgeret. ſimul enim
oſtendere uult nec ſuſcipiēdum ſibi eſſe nūc hoſpitem,
& cum ſuſcipiat condignum ſolere ſuſcipere. VNA
CVPIDITATE una uel præcipua uel uere una
extra quam non iure non more non honeſtate moue-
retur. IVS SVVM ne rubrium pateretur. LA-
BORAT. bene qa inuitus ſuſceperat hoſpitem ſe in=
dignum. QVID OPVS ESSET. ut mulieri, ſcili-
cet uis afferretur. Grandibus inquit poculis, & mera
is potionibus, qui nō intelligunt dicta Ciceronis, et hoc
putant græco more potare. Eſt autem græcus mos (ut
Græci dicunt) cum mero cyathis ſaltantes diuū liban-
es primo deos, deinde amicos ſuos nominantes. nam to
ies merum bibunt, quoties & deos & caros ſuos no=
minatim uocant. POSCVNT MAIORIBVS
unt qui producta ſcilicet litera poſcunt legunt, quaſi
ſæpe potant. ſed poſcunt prouocant intelligendum eſt,
ut ſit ſenſus prouocant ſe inuicem. maioribus autem po
ulis ut ſubaudiatur poſcunt à Pincerna petunt, maio
ibus autem poculis ut ſubaudiatur uiuere quærunt.
QVID OPTIMVM FACTV SIT: adeo nō
græca leuitate res geſtæ ſunt, ſed agitato conſilio defen
libertas. LEVIVS EORVM PECCA-
TVM magna ui oratoria etiam parcere peccatum di

cebant inquit; quia Verri parcebatur, ſed tamen leue quia legato. SIC ISTE MVLTO SCELERATIOR, ET NEQVIOR, QVAM ILLE ADRIANVS, Cinnanis temporibus cum C. Fabius Adrianus, ut alij aiunt, legatus, ut alij putant pro prætore uel prætor prouinciam obtineret Africã Vticæ in prætorio ſuo uiuus uſtus eſt, ꝙ corrupto ſeruitio ciuitatis illius de principum nece conſpiraſſe dicitur, ſed oportune Tullius cauſam tacet illatæ necis in Adriano, & inultam mortem eius oſtendit, quē dicit oratorie non in hoſpitio, ſed domi ſuæ uiuum crematum, & ille ſic dixit ut de notiſſimo uideretur loqui.

ACCENSVS NERONIS, accenſus nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, ut nũc dicitur Princeps uel commentarienſis aut cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Interpellare autem eſt mediam alterius orationem interrumpere uel actionis alterius interponere, apparet ergo Hortenſium quãuis diu multumq; tacuerit, tantum in medio teſtimonio perſcripſiſſe, quod diceret Philodamum adeo malam cauſam habuiſſe, ut à C. Nerone uel dãnatus ſit. PVTASSE NON OPORTERE reprehenſio iudicati ab ea parte qua cauſæ deriuatio ficit, ne non bis iudicata abſint, non enim cauſam Verris releuatam eſſe ſed illos damnatos. quod quoquo modo occiſum hominem eſſe conſtaret. PERTIMVIT ISTE mire orator non Verrem uendicare morte Philodami, ſed crimen ſuum releuare potuiſſe, quorum alterum iniuriam paſſi eſt, alterum male ſibi cõſcij. CONTENDIT AB EO: extorſit ei. TO-

GATI

GATI CREDITORES GRAECORVM: Noluit dicere equites R. ſed togatos dixit & creditores græcorum, ut oſtenderet cauſas gratificationis in Verrem. ACCVSATOR APPONITVR non dicit accedit, ſed à Verre ſcilicet ſubornatur. ET EX CREDITORIBVS LAMPSACENORVM: & hic cauſa gratiæ in perſona oſtenditur accuſantis. VT DE PHILODAMO AMPLIVS PRONVNTIARETVR, mos ueterum hic fuerat, ut ſi abſoluendus quis eſſet, ſtatim abſolueretur, ſi damnandus, ſtatim, ſi cauſa non eſſet idonea ad damnationem, abſolui tamen non poſſet, ut amplius pronuntiaretur. QVID EGO NVNC IN ALTERA ACTIONE hic apparet etiam in ampliatione ſic alteram dici, quẽadmodum in compe-rendinatione. CN. DOLOBELLAE SPIRITVS: plus ſignificauit dicendo ſpiritus, q̃ ſi animoſitatem contentionemue diceret. PERPAVCIS SENTENTIIS per nimiũ, paucis ſententijs autem eum dixit damnatum, ut oſtenderet uix paucos inuẽtos, qui ad opprimendum numerum damnationis implerent poſt ampliationem. IDCIRCO NE EXERCITVM, ATQVE HOSTEM RELINQVERAS: recte dixit, bellum enim à Dolobella gerebatur in Cilicia. SED ET OPPVGNATVM AVXILIIS. auxilijs pro auxilio quæſtoris. ſ. auxilio ſiue pecuniæ quæ uertebatur, ſic Virgilius.

auxiliumq; uiæ ueteres tellure recludit
theſauros.— NISI DAMNATO Non poſſet enim rationes falſas ad Aerarium referre Ver-

res, niſi dānato Dolobella q̃ redarguere mentiētē præſens ualeret. AD INIMICOS TVOS accuſatores. ſ. cārū. TESTIMONIVM PVBLICVM TVVM: QVOD APVD NERONEM DIXISTI: cōtra Philodamū. BELLVM NE PO. RO. ſic. n. ad Neronē ſcripſerat Verres. NISI PVBLICE SATISFACTVM SIT: Niſi decreto publico traditi ad pœnam ſint culpæ auctores. ſatisfacere eſt enim tantum facere quantum ſatis ſit irato ad uindictam.

ET CIVITATI BELLVM INDICI, ut Cornelius, ut Terentius. LICTOREM TVVM Cornelium ſcilicet. LEGITIMVM TEMPVS AD VLCISCENDVM, an uitio magiſtratus. accepto enim ſucceſſore ad magiſtratum accuſari poſſunt. ET AIS, IVDICIVM ESSE FACTVM: locus reprehenſionis contra iudicatum, ne proſit Verri Philodamum eſſe damnatum. IN ALIOS CONTVLISSE? nō in Philodamum. NEQVE IN ILLOS, QVOS TV INSIMVLARIS: dixeris, uel accuſaris. ſenſus hic eſt. & alios inquit, nō Philodamum accuſaſti, & ij ipſi quos accuſaſti, damnati non ſunt. VBI HOS PERSEQVERIS? ſubauditur nuſquam ἐν ὑποκρίσει. AB ACCVSATORE INTERROGATVS Verres ſcilicet productus in cauſa Philodami & interrogatus. loqui enim niſi interrogato teſte nō licebat. interrogabatur autem & ab eo contra quem productus. CVR IMMINVISTI IVS LEGATIONIS? qui poteſtatem ſuā in adminiſtrando nō defenderit imminuti magiſtratus ueluti maieſtatis la-

ſæ reus eſt. QVOD IS EPHESI Epheſus ciuitas in qua Dianæ numen peculiariter colitur. SED ETIAM INTER HOSTIVM TELA inuidioſe orator hoc addidit cum de magiſtratu dicat. iam legatorum in fœderibus faciundis uel legibus pa is belliq; dicendis, ſancta corpora iure gentium atq; inuiolata ſeruantur. DE SVA CLASSE, habēt nim Milleſij, præſidiariam claſſem ex fœdere præendam Po·Ro·maritimis neceſſitatibus, Myoparo naigij nomen eſt. L·MAGIO, ET L·PHANIIO, hi transfugato Valeriano exercitu apud Mihridatem agentes ab eodem rege ad Sertorium miſſerant de paciſcēda ſocietate belli aduerſus Romanos, uos in Italia iam poſitos et ad Sertorium feſtinantes r hoſtes iudicauerat, & inquirendos mandauerat ſeitus, hi tamen ultimum ad Romanos prodito ex ma ua parte Mithridate, redierunt. VSQVE A'DIA IO, AD SINOPEM, Dianium Hiſpaniæ mari na ciuitas, Sinope pōti eſt ubi Rex Mithridates erat. ENVNTIATIONEM'QVE EIVS, quia nuntiauerat nauem à Verre·L·Magio uenditam fu ·. NON SOLVM ILLVD SCRIBVNT: /OD PROHIBITI SVNT: SED ETIAM AVSAM ASCRIBVNT: hoc eſt non ſolum ohibita ſe ſcribunt, ſed cur ſe magiſtratus ipſe proıere curauerit, ne cum oporteret in literis publicis errent quod geſtum eſſet. QVI TAM ET SI IBRVARIVM MENSEM hic eſt menſis quo quens ſenatus poſtulatis prouinciarum legationibus liendis datur. ET CONSVLVM DESI-

GNATORVM NOMEN EXPECTANT: & extimeſcunt legitur. nam utroq; uerbo idem ſignificatur. Hortenſi autem & Metelli, & ubi dicit legatos Mileſios poſſe terreri, ne de Myoparone dicant, præſertim cum ad beneficia petenda uenturi ſint Februario menſe, & in manu ſit conſulum quando & quemadmodum referant ad ſenatum, & bene nomen conſulum dixit, ut potentiam demonſtraret eorum, quorum etiam nomen ad formidinem officit. RELIGIONE ADDVCTI; quia iurati teſtes produci ſolent. non ſolum ne falſa dicant, uerum etiam ne quæ uera ſunt, taceant. DOMESTICARVM LEGVM METV, patriæ ſuæ legum, quibus coguntur de incómodis patriæ non tacere. OCCISO, oratorie pro mortuo occiſum dixit. SYNGRAPHAS FECERAT: inter Syngraphas et cætera chyrographa hoc intereſt, q. in cæteris tantum quæ geſta ſunt ſcribi ſolent, in Syngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata quoq; pecunia, aut non integre numerata pro temporaria uolũtate hominum ſcribi ſolent. More inſtitutoq; græcorum & cæteræ tabulæ ab una parte ſeruari ſolent, ſyngraphæ neutriuſq; manu utriq; parti ſeruandũ tradunt. EXTREMA CERA ultima tabula, ultima parte tabulæ.

EXPENSVM CHRYSOGONO SERVO quæritur cuius ſeruo, Verris .ſ. non Malleoli. QVADRARINT: ſolida facta ſint, ut neq; plus quicquã neq; minus ineniat in ſumma, ubi enim ratio ſine fraude eſt, difficile eſt quadringenta quadrare et ſolidari, uel ſolida fieri, quin aut minus aut plus aliquid re

periatur. NOMEN INFIMVM, ultimum titulum, infimum, ut appareat falſum eſſe. VTINAM ILLA DE CN. CARBONIS PECVNIA & ibi enim ſexcenta ſuperfuiſſe mentitus eſt. COMMVNE MIRIADVM meria,* commune Ro. Po. FRVMENTO AESTIMANDO, licebat.n. magiſtratibus in uſus ſuos frumentum accipere uellēt, in pro frumento pretium, quæ æſtimatio dicebatur, in qua re auariſſimi quiq; infinitam pecuniā contrahebant, iniquum pretium socijs imperando. CORIA, CILICIA, SACCOS, Cilicia texta de pilis in caſtrorum uſum atq; nautarū. DOLOBELLAE AESTIMATA ſub quo hæc quæſtor Verres adnſit. CONSISTAM IN VNO NOMINE: perſeuerabo, inquit, in eodē titulo quæſtorij criminis: EX EODEM GENERE.. furtorum.ſ. Verris. IN SVA POTESTATE AC DITIONE TENVIT. obnoxium criminum conſcientia, & ſocietate cum reo Dolobella, cui pro quæſtore fuerat legatus. HOMO ADOLESCENS quia cupidius accuſauit, q̄ grauiorem uirum decebat, ſed excuſatur ætate. EORVM OMNIVM VOLVNTATEM REPVDIAVI: quia non ut Scaurus adoleſcens accuſo. NON ACCVSATOREM MAXIME LAVDARI VOLO: accuſatoriū nomen ita uiro bono fugiendum eſt, uel audiſſe * noſſe non ſatis accuſatorem uideri, tale eſt illud Terētianū, cave ne parum leno ſies. RATIONES AD AERARIVM, q redargui potuit curioſitatis, ſi ante damnationem Dolobellæ more quæſtorum rationē

ad ærarium retuliſſet, ſic enim fiebat, ait cum de pro uincijs quæſtores Romam rediſſent. PROINDE QVASI EXSCRIBENDI et ſi occupaſſet accuſator tabulas rei aut amicorum eius, tantum ad neceſſarios uſus licebat excribere, ideſt exempla trāsferre. QVI NVNQVAM RATIONES AD AERARIVM REFERAT. hoc ideo qa ne ſuperioris quæſturæ, quæ cum Carbone fuit, rōnes uſus ad ærarium retuliſſet, tribus uerſiculis enim ait, accepi, dedi, reliqui. QVAESTOREM SE IN SENATV EXPECTARE bini quæſtores in Sicilia. + Annis fuerat ſingulis Prætoribus Lilybætanus, et Syracuſanus. OMEN MAGISQVAM CAVSA, omen auſpicium, cauſa excuſatio. Omen autē ideo dixit, quia eius exemplum attulit Verres, quia pecuniarum damnatus eſt. FECE reſiduis coloribus. NOMINA: tituli, & capita criminum, quod minus. DOLOBELLA in hoc capite oſtendit falſitatem rationum Verris nō conueniſſe ſummas Dolobellæ cū ipſius ſummis, in qua re uult credi non Dolobellam, ſed Verrē fuiſſe mentitum. HINC ILLAE EXTRAORDINARIAE PECVNIAE: ſordida lucra & furta ſignificat, nam ea ſunt quæ neq; de redditibus, neq; de annonis, neq; de aliqua legitima ceſſione aut donationis, aut hæreditatis, uerbi gratia, uidentur adiectæ. HINC RATIO CVM Q. ET CN. POSTHVMIIS, CVRTIIS, hi ſunt qui extraordinarias pecunias Verris tractabāt, quæ in tabulis Verris nunquam ſcriptæ ſunt, ne ſi ipſe proderet, ne pecunias tantas ſuis literis indicaret.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

HINC SEXTERTIVM XIIII. P. TADIO & hic extraordinarium Verris pecuniarum ſuſceptor oſtenditur. *Græcorum teſtimonio, cui ſit datu. NIHIL AD ME, oratoriæ, quæ probari non poſſunt, fingit ſe uoluntate negligere. Terentius, en non dico quaſi non noris tentatum aduenis. TABVLAS CVM CONFICERES, quomodo ergo dicit Verrem tabulas non habere, ſed aliquo tempore cœpiſſe non ſcribere? Hæc ergo tempora ratiõis tabulas confectas habet. HIS EXPENSVM NON FERRES: expenſum ferre, eſt ſcribere te pecuniam dediſſe. ACCEPTVM CVRTII REFERRENT? accepiſſe à te ſe ſcriberent, expẽſum fuiſſe à te eis ſcriberet. VT EX VTROQVE GENERE, ſumma diuiſionis & actionis prætræ urbanæ & criminum C. Verris in duobus conſtita, iuriſdictione, & ſarctis tectis. QVI AVSPICATO A CHELIDONE aues paſcere dicuntur ineuntes magiſtratus, quia & Chelidon, ideſt hirũ urbem frequentat, facere urbanam prouinciã Chelidonius auſpicio meretricis dicit eſſe ſuſceptam. NEVE CENSVS ESSET: neq; centum millia ſextium poſſideret. Alij ſic intelligunt, neq; cenſus eſſet, c eſt neq; cenſus eius in quinquẽnium diues factus, orum annorum ſpatio inſtaurari cenſus ſolet apud nſores, quorum adminiſtratio per luſtrum hoc eſt inquẽnium tenditur.* Tanquam ſciret quis uellet. alem ſe prætorem fuerit præbiturus. APPELAT HAEREDEM iniurioſum uerbũ in perſon prætoris. appellatio enim eſt inferioris ad potio

rem. CVM INTELLIGAM LEGEM VO
CONIAM. Voconius legem tulerat ne quis cenſus
hoc eſt pecunioſus hæredem relinqueret filium, hoc er
go caput edicti eſt legem Voconiam probantis præto-
ris. NON IMPROBVM, NON INOFFI-
CIOSVM, NON INHVMANVM. hæc eni
teſtamenta non ſolent ualere, nam improbum contra
leges, inofficioſum contra merita, inhumanum contra
pietatē. SVA SPONTE SCELERATA, AC
NEFARIA EST: maleficia ſponte & non diſputa
tione iuris conſultorum; ſed naturali interpretatione
fugienda ſunt, ut ueneficium, parricidium, & cætera
etiam quæ nullo prohibente euitanda ſunt. COR-
NELIA, TESTAMENTARIA, NVMMA
RIA, ut Cornelia teſtamentaria, quæ de moneta ne-
quis priuatim pecuniā faceret. A CERTO TEM
PORE. ut & quod ſemper reprehenſum eſt, tamen
à certo tempore in iudicium ueniat, & à certo tempo
re plecti poſſet. RATA ESSE PATIETVR.
hoc totum ἐν ὑποκρίσει, ut quaſi per indignationem
dici uideatur, & interrogatiue. CEDO MIHI
LEGES ATINIAS, FVRIAS, FVSIAS, iſtæ
omnes de iure ciuili ſunt, nihil continent criminum ca
pitalium, publiciq; iudicij. NEQVE CENSVS
ESSET, More ueterum cenſi dicebantur qui centum
millia profeſſione detuliſſent, huiuſmodi adeo faculta
tes cenſus uocabantur. BONA, FORTVNAS
QVE bona in ipſis poſſeſſionibus, fortunæ in fructi
bus eorum. HOC POPVLVS RO. NON MI
NV VINDICASSET: confuſa locutio abunda

re enim

te enim uidetur non poſtea q̃ prætorium conſtitit; ex
quo ius Prætorium ſtabilitum eſt ſic hoc dixit, quaſi di
xeret poſt conditam urbem Romam, ut poſt hominum
memoriam, ex quo eſt ius Prætorium. eripis pupillæ.
TOGAM PRAETEXTAM: Toga communis
habitus fuit & marium, & feminarũ, ſed prætexta
honeſtorũ, toga uiliorũ, quod etiam circa mulieres ſer-
uabatur. TVM VTI PROXIMVM QVEN
QVE POTISSIMVM HAEREDEM ESSE
OPORTET: et ſi is inteſtatus mortuus eſſet. ITA
SECVNDVM EVM POSSESSIO DARE
TVR. quaſi ab inteſtato agnati eius ſuccederent, quã-
uis diceretur teſtamentum feciſſe, ſi tamen tabulæ non
proferrentur. ET HOC VETVS EDICTVM
TRANSLATITIVMQVE EST. Tranſlati-
tia ueteres dixerunt non noua nec nuper inuẽta, ſed
aliunde tranſlata. SI HABVISSET ISTE
EDICTVM: quale ſupra tranſlatitium dixit eſſe.
LEGE AGERET IN HAEREDITATEM:
experiretur iure quemadmodum probaret ſe hære-
dem ſcriptum eſſe, & poſſeſſionem à Prætore peteret.
AVT PRAEDES LITIS VINDICIA-
RVM, CVM SATIS ACCEPISSET: SPON
SIONEM FACERET. ET ITA DE HAE-
REDITATE CERTARET. Aut peteret inq̃t
poſſeſſor eſſet, aut acciperet ab aduerſario ſatis pro
prede litis uindiciarum, & ipſe ſponſionem faceret, et
de hæreditate certaret. Lis uindiciarum eſt cum li
tigatur de ea re apud Prætorem cuius incertum eſt q̃s
dicat eſſe poſſeſſor, & ideo q̃ eam tenet, ſatis det pro

f

prædе litis uindiciarum aduerſario ſuo quo illi ſatisfa ciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione. FACTVRVM de qua iurgium eſſet. Rurſus ſponſione ipſe prouocatus ab aduerſario. CERTAE PECVNIAE aut æſtimationis quã amittat, ni ſua ſit hæreditas, de qua contendit. Prædes ergo dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re de qua apud iudicem lis eſt, ne interea qui tenet, diffidens cauſæ, poſſeſſionem deteriorẽ faciat, tecta diſſipet, excidat arbores, & culta deſerat. SI POSSESSOR. SPONSIONEM NON FACIET. ſubauditur eſt, hoc eſt ſi poſſeſſor eſt, ſpõſionem nõ faciet. QVID ID AD PRAETOREM: bene dixit, cum enim incertum ſit cuius debeat eſſe poſſeſſio, cur Prætor dicat ſi poſſeſſor eſt, quaſi iam probauerit poſſeſſorem eſſe eum qui incubauit, ergo à quo pretiũ accepit, poſſeſſorem illũ uocat, & uetat eum facere ſponſionem, et cum in poſſeſſionem mittere prætor ipſe deberet, quem nondum miſit, iam poſſeſſorem appellat. ERGO QVIA POSSESSOR EST NON MOVES POSSESSIONE, SI POSSESSOR NON ESSET NON DARES. Contrarium poſuit ut oſtẽderet improbitatẽ gratificati prætoris. Ergo nec adimeret ibi licet poſſeſſionẽ incubanti, nec dare iure poſcenti, quod cum utrunq;, cur hunc poſſeſſorem nominas? à quo corruptus es, quaſi eum quia poſſeſſor adijcitur, amouere de poſſeſſione non poſſes. SI DE HAEREDITATE AMBIGITVR. caput eſt dicti Verris. HOC TRANSLATITIVM EST. Ciceronis uerba ſunt qui ſe dicat hæredem eſſe, uerba Verris iniuſta, dabo inquit ſi

tabulas

abulas teſtamenti bene obſignatas protulerit. Sequitur
non dabo inquit ſi ſe tantum hæredem factum eſſe di
erit, quãuis ille teſtamentum non proferat. Apparet
terrem contra minutiam gentem fuiſſe corruptum ab
, quem ante poſſeſſorem appellat in edicto, quã in
oſſeſſionem paratus eſt dare. IPSE IN SICI-
IENSI EDICTO Figura prolepſis, non enim
lhuc peruenimus ad Siciliam, cuius crimina in accu
tione futura ſunt in tempore præterito. CAPI-
E ANNIANO propriæ iuris capita dicuntur.
N QVIBVS ITA INTERCESSIT: inter
dere ut uides, etiã Prætor prætori ſolet, ut Piſo Ver-
appellatione cauſæ ad collegam facta × tri. ple. M. Lo
s Palacanus. QVAM PLENA, AC RE-
ERTA CHELIDONIS: plebeia quædã Cli-
ta Verris Chelido fuit, quæ illum etiam moriens ſe
hæredem, qua cauſa impure illam meretricem ap
llat orator. SVO TEMPORE de ſupplicijs,
us rei non in eodem negocio, ſed generaliter, cuius
minis, id eſt crudelitatis dat eis poſſeſſionem iniuſte.
it ſolui enim potius debuit teſtamentũ, quod contra
em Corneliã factum fuerat, aut integrum cum uo
ate mortui permanere. IS VIROS BONOS,
HONESTOS quomodo igitur fallunt mor-
uoluntatem? cum ad Verrem adeunt, an uetuſte bo
pro magnis, honeſtos pro diuitibus poſuit? an bo-
& honeſtos, ut ipſe crediderat? LEX EST.
ENA EST. accuſetur inquit cum fecerit, &
nnetur, hoc Prætoris eſt non prohibere ne faciat, q
n ius dicit factorum, iudex eſt, nõ futurorum dũta



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

xat in ciuilibus cauſis. O' MODESTVM ORDINEM: quia ordinem dixit, equitum Romanorũ ordinẽ dici quidam putant, ſed Libertinos ſignificat, quorum non conditione, ſed more ſuo quaſi honeſtorũ ordinem uocat. C. SVLPITIVS OLYMPVS FVIT. uetus locutio, eminus ẽ Vulturnus Capua tria millia paſſuum. EX EDICTO, QVOD EDICTVM SACERDOS NON HABVERAT: edictum in cauſa ueteri nouum adhuc oſtendit. VT nummarium probes, nam ex ipſo negocio uidetur edixiſſe Verres, ut omnis Libertus non patrono tantum, ſed etiã patronis filiæ ſextam relinquat hæreditatis. L. GELLIVS ſine ornamentis nomen poſuit, quia per ſe clarũ eſt conſularis, et nobilis uir. ADVENTITIA, quia ab alieniore hæreditas ueniebat.

NON ALIENVS A' MATRIS EIVS GENERE, ET NOMINE: qui putant ironiam pronuntiandum non uident contra teſtis ſuæ dignitatem nunq̃ dicturum Ciceronẽ fuiſſe, ergo ſimpliciter accipiendum eſt, uult enim patrem Verris diuiſorem fuiſſe, matrem honeſtiorem intelligi. TABVLAS PROTVLIT: per quas probauit abiſſe à ſe pecuniã certis nominibus inſcriptas, non enim Verres ſed pferat ſe accepiſſe, ſed illo tempore unde, et quomodo & per quos dederit, ſcriptum in tabulis oſtendit.

QVO MAXIMARVM RERVM FREQVENTISSIMAE SAEPE ADVOCATIONES FIVNT: ueluti conſulentium conuenientibus aduocatis, ne ut alterutri parti apud arbitros aſſiſtat ne ut ipſi iud. in rem aliquam accipiantur. QVIBVS

DE SAR-

DE SARCTIS TECTIS harum rerum cura propria cenſoribus datur. i. ſarctorum tectorum, uerũ hæc cum cæteris inite, aut ædilium cura eſt annua. Prætores, niſi ſenatus decreuerit de hac re, minus labo rant. SINE VLLO INTERTRIMENTO etrimentum uel unius partis dici poteſt. Intertrimentum nõ ad unius partis ſpectat, ſed dãtis & accipiẽ t. NVLLAM COLVMNAM: QVAE AD PERPENDICVLVM ESSE POSSIT. perpendiculum linea laterum æqualitatem probat, ſummo ad imum altitudinem probans, hoc cum in colũnis omnibus, tum maxime in ſtructionibus uetus, tumoris. tm aliqd prouenit, in qbus aut media, aut ima Craſ ra ſunt. SARCTIS TECTIS QVAE DO INATA EST. addiditq; ut eſſet plenum dictũ, m ſarcta tectaq; dicuntur. EQVES RO. PV-CICANVS, aut potius parco & attento, quo ugis indignum ſit ad meretricem ueniſſe. Etenim iu ium quod prope omnium fortunarum cauſam, mor r pecuniariam habuit Tullio defendente, cuius oranon eſt edita. RENVNCIAT RABONI-renunciat, irritam nuntiat. FORO ORNA-). hæc fieri ludis ſolebant, qui in foro etiam tum iatur. AB EO MANCIPE: QVEM ISTE POSVISSET: Habonio. ſ. fabro. ACVTVM idum. QVOD EST IGITVR REMEDI i? quod repetit, ut deliberantis cunctatio uideatur ſe uerbis eius. IN BONIS, PRAEDIBVS, AEDIIS'QVE VENDVNDIS bona præ dicuntur bona ſatiſdationibus obnoxia, ſiue ſint in



ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mancipiꝭs, ſiue in pecunia numerata, prædia uero domus agri hæc omnia uenduntur, ſi rationi publicæ locator ſarctorum tectorum non reſponderit. Ad hoc autem ante hæc omnia ſunt obnoxia, ut pro ſua uoluntate agat redemptor operis, q̃cquid ſuo periculo fiat tu autem Verres cum ego Ro. Po. ſim obnoxius et pra dibus. i. fideiuſſoribus. & prædꝭs appoſitis, tu mihi n exactor ſis operis, ſed dominus uoluntatis. ne auten optima conditione ſit ad hoc inq̃t aſtrictus redēptor t netur. Ro. Po. ut optima conditione, quod uult de redē ptione ſua agit, & tu eum excludis, quē ſolum adm ti oportuit, ut ad eius pecuniā ac ſumptū op̄is, quei illi imputaturus es, alius accedat. POPVLO CA TVM EST. ærario ſcilicet, & prædibus, & pra dꝭs. prædia ſunt res ipſæ, prædes homines. i. fideiuſ res, quorum res bona prædia nō uno nomine dicu tur. CORRIGVNTVR LEGES, CENSO RIE. QVID ENIM quia non ironicos pronu tiandum. SOCIVM NE ADMITTO: * q tradere ædem debebat. NEVE PARTEM D TO: aliud enim ſocius, aliud particeps, qui certam bet partem, non diuiſe agit ut ſocius. NEVE I DIMITO. ne ipſe iterum à ſe redimat, aut p̄ ſu poſitam p̄ſonā ut alter ei redimat. CVIVS PR DIA SVBIERANT ſatiſdatorem dicit fuiſſe. Brutum. SI QVID OPERIS CAVSA RES DERIS: ſatiſdet damni infecti redemptor nouus teri, ſi quid pro neceſſitate operis in æde læſerit redimit. Rabonium ſignificat. QVI A' VER REDEMPTORE ACCEPIT. pupillum d

HVIC

HVIC IVBET SATISDARE RABONIVM· hoc eſt ipſum ſibi, nam cum ſit tutor pupilli, ut ubiq; res eius agitur. HOC OPVS BONVM SVO CVIQVE· uerbum eſt. res diuerſas ſimul cō prehendēs, hoc eſt bono latere, integris menſuris, apta harena, utili calce, machinis idoneis, proba materie, manu predij * machina dicatur, ubi non tam materiæ ratio, q̄ manus atq; * aptis ducatur. DE POPVLO ACCEDERE huiuſque capite quod eſt * AT ENIM interrogatiue pronuntiatum eſt, & contra reſponſiue omnes reiecti ſunt. omnia inqt ficta ſunt, ne quis de populo redemptor fieret, qui aut pupillo parceret, aut conſcius prædæ prætoris eſſet. Reſponderunt Ciceronem impenſam operis prauam putare, non motam, ſed hac inquit anguſtias temporis non ti* Haboiius propter conuenientiam Verris neq; Cal. neq; no* is, neq; idibus * religioſe in me * nonnat uultu * diuo nouit idus Calē. * Cicero nonas addidit, quāuis hoc pronuntiatione ſoluatur. atrum in uiſione hoc dici uilere poſſumus. ISTAM DIEM QVOMODO ASSEQVITVR? quo modo accurrit ad diē. VT NO MINVS TESTE HABERET ut de it qui cōtra ſe ſunt teſtibus, unum Habonium detraheret. PVTABAT SE ALIQVID DEFENSIONIS HABITVRVM: ut diceret adeo nullum appoſui redemptorem, ut poſt diem præſtitutum ueri, non ab eo ſuſceperim opus, nec in acceptum retuli. CVM DIE CAETEROS EXCLVSISSET: TVM IN EIVS POTESTATEM VENIRE NOLEBAT: præſtituēdo di-

em anguſtiſſimam operi, duas res aſſecutus eſt Verres inqt, et cæteros excluſit conditione temporis, et ipſum Habonium in ſua poteſtate habuit, q uidebat ſibi prædam eripi à Verre, ſed non commouebatur metu operis præfiniti. QVI SIBI EREPTAM PRAEDAM ARBITRARETVR. Habonius ſcilicet à Verre ſibi arbitraretur lucrũ redemptionis ereptum.

QVOD IAM ISTE REFERRE NON POTERAT nimis erat innuidioſum. HABONI TABVLAE in quibus ſcriptum eſt ad Verrem pecuniam perueniſſe, quas Habonius tutor pupilli nomine dedit Verri tanquam ſi ipſe à pupillo acciperet.

GRACCHI CREDO, AVT SATVRNINI, ſeditioſorum tri-ple. SINE BVLLA ſimul cum prætexta, etiam bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea Libertini ſcortea quaſi bullientis atq; ſinus communiens pectusq; puerile. DVBITAMVS QVID ISTE IN HOSTIVM PRAEDAM MOLITVS SIT? ſcilicet cum pyratarum nauem cœpit, & prædã omnem ad ſe aduertit. EX L. METELLI MANVBIIS ex æde caſtoris, quã de Manubijs. L. Metellus extruxerat, qui Metellus ſubactis Dalmatis, dalmaticus appellatus eſt. Manubiæ ſunt autem præda imperatoris proportione de hoſtibus capta. A SIGNO VORTVMNI IN CIRCVM MAXIMVM ſignum Vortumni in ultimo uico Turario eſt, ſub baſilicæ angulo flectentibus ſe ad proſt amæ dextram partem. Vortumnus autem deus inuertendarum rerum eſt. i. mercaturæ. Circus autem maximus eſt idem in quo nunc circenſes ſpectantur.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cantur. QVAM TV VIAM THENSARVM, ET POMPAE EIVSMODI EXEGISTI: ſic exegiſti. exigere uiam dicuntur magiſtratus cum ui ciniam cogunt munire q̄ diligentiſſime ſumptu facto. Theſæ autem ſunt ſacra uehicula. pompa ordinum et hoſtiarum. Thenſas alij à diuinitate dici putant, alij ꝙ ante ipſas lucra tenduntur. ꝙ gaudēt manu tenere et tangere qui eas deducunt. Orbita autē duas res ſigni ficat. nam orbita & rota ipſa intelligitur, & ueſtigiū rotæ in molli ſolo. INTERCESSISSET CONTRA LEGEM CORNELIAM: ut in bonis aliorumq; magiſtratuum capeſſendorū poteſtatem haberent. pſuaſiſſe dicitur hanc legem Opimius. CONTRA ALICVIVS HOMINIS NOBILIS POTESTATEM. Catulū ſignificat qui tunc princeps fuit Syllanæ factionis. PAVCOS HOMINES VT LEVISSIME DICAM ARROGANTES, Catulum, Hortenſium, Curionemq; ſignificat. MANVBIAS DETRAHERE, CONATVS SIT: ſpolia quæſita de uiuo hoſte nobili p deditionem Manubias ueteres dicebant, & erat imperatorum hæc præda, ex qua quod uellent facerent.

NAM DE SORTITIONE ILLA IVNIANA IVDICVM NIHIL DICO. ſortitus erat iud. prætor Verres in iudicio quo Oppianicus accuſatus eſt à Cluentio. reiectione utrinq; facta ſubſortitus eſt in eorū locum Verres. At mos eſt alios dānare Oppianico cū inuidiæ res eſſet ꝙ pecunia reus uideretur oppreſſus, & princeps illorum iudicum dānatus eſſet Iunius ꝙ diceretur alios ſuppoſuiſſe, qui reum

damnarent, non eos quos prætor fuerat ſubſortitus, etiam Verres ipſe ut hæc inuidia aduerſus Iuniũ uera uideretur, ſuſtulit, quos in ſuis tabulis habebat, & alios in litura ſcripſit, & obſignauit anulo nõ ſolum ſuo, ſed etiam ſcribæ ſui, quem furtorum participem ſuorũ & diuitem fecerat, & anulo donauerat aureo. EIVSMODI SVBSORTITIONEM HOMO AMENTISSIMVS SVORVM QVOQVE IVD. FORE PVTAVIT, obſcurus locus, ſed ut opinor hic ſenſus eſt. putauit inquit Verres eodem loco ſupponi potuiſſe eos, qui ſe corrupti abſoluerent, quemadmodum ſuppoſiti erant, qui Oppianicum condemnarant. Nãq; Curtius Sodalis eius iudex quæſtionis ſubſortiebatur in locum reiectorũ, quos iſte ademerat improbos iud. quibus ad uenales ſententias proferendas ultimo die ſubiectis uteretur. Facile autem pro ueris iudicibus improbi ſupponi poterant, Volente hoc iudice quæſtionis et illis patiẽtibus qbus in iud. erat, quia niſi citati non confidebant, & graue onus erat, & incõmodum iudicaret quæ Cortum iud. quo & apparet hunc poſt hoc factum à Cicerone eſſe reiectum conuitio populi, qui in corona aderat. EX HAC DECVRIA NOSTRA decuriam modo ordinem, ac per hoc & uobis. quia honeſtiorum decuriæ, inferiorum centuriæ dicebantur. CVIVS MIHI POTESTATEM LARGISSIMAM FIERI OPORTEBAT: quæ. ſ. non fieret ſi pro uobis alij ſubijcerentur, quos iſte annuerat, quaſi diceret ſuggereret ſine cauſa non reiectis. ſ. ijs in quorũ loco alios ſubſortiebatur. hoc ẽ ueſtro nobis manẽte neq; reiecto.

# COMMENTATIO IN QVARTAM M. TVLLII CICERONIS CONTRA C. VERREM ORATIONEM, DE PRAETVRA VRBANA.

Aec ſine dubio ad accuſatorē propoſiti criminis ſpectat oratio. Nam ſuperiores anteactis rebus expoſitæ, quæ quia magis adiuuant accuſationē q̄ ipſæ ſunt principales in unum librum coactæ, ſunt iudicio Ciceronis curſim enumerantis, quæ Verres quæſtor, quæ pro quæſtore, quæ legatus, quæ deniq; prætor Vrbanus admiſerit. ubi uentum eſt ad cauſam ipſam, & Sicilienſia crimina, quatuor libros edidit. unum de iuriſditione, alterum de frumento, tertium de ſignis, quartum de ſupplicijs, in qua diſtributione non ordo temporis, ſed facinorum genera, & momenta ſeruata ſunt. Incipit autem à laude Siciliæ, & egreditur ad crimen Dionis. deinde Soſippi & Philocratis. * Si de iure Siculorum euerſo * fruſtra quidā Ciceronem reprehēdunt ? non inde cœperit, cum ſuperiora crimina non ege- ne eiuſmodi tractatu, qui ad ſequentia pertinet, ora- ris conſilio à magnis ijſdemq; clarioribus ſumendum ſet exordium. itaq; poſt hoc de merodio * expreſſis honoribus ab inuitis, de Epicrate Bideno, deq; rebus ca italibus, de Sopatro, de Aenio, de iure dicundo, alterū

de ſenatoribus, de ſacerdotibus, de cenſoribus pretio à Verre factis, de collatione in ſtatuas, de publicanorum cum Verre conuenientia in furtis, de tabulis Carpinatij pecunias Verris extraordinarias continentibus. Genus cauſæ in omnibus Verrinarum libris admirabile. Status principaliter coniectura. EA ME AD HOC NEGOTIVM PROVINCIA ATTRAXIT. hoc uerbo plus eſt, q̃ quod in diuinatione dixit, ſuſcepi cauſam Ro. Po. PRINCEPS SICILIA tum cũ Meſſana ciuitas ſeditione diuiſa auxilium contra Hieronem p̃ alios à Po. Ro. petit, quod initium fuit diſcordiæ. NVNQVAM POSTEA DEFICERENT: apparent quia ſocietates & poſt amicitiam firmatam nihil tale commiſerant in amicitia, perpetuo manerent, quæ nunq̃ defecerat. SIGNIS, MONVMENTIS'QVE PVLCHERRIMIS præparatio ad librum de ſignis. DENIQVE ILLE IPSE M. MARCELLVS, hic imperator cum eſſe, uicit, cæpit'q; Syracuſas, & uictis pepercit. QVAE CVM MANV MVNITISSIMA ESSET: nequis diceret non fuit quod timeret. CVM VI CONSILIO'QVE COEPISSET: nequis diceret non potuit hoſtium urbem Syracuſas. QVANDO ILLA FRVMENTVM, omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt canonis oblationis indictionis. ITALICO BELLO ſociali. QVAE FORSITAN NE SENTIAMVS QVIDEM IVD. quædam commoda ita naturalia conſequuntur, ut ſanitatem integritatem uiriũ, ſentimus autem ſi ſubtrahantur* eiuſmodi rem dictis

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

*negent, lucra faciunt, locupletes ſunt, de oportunitate Siciliæ.* ILLAM VETEREM, *bonam conſuetudinem.* NON HANC, QVAE NVNC INCREBRVIT: *malam.* NEQVE PVBLICANVS, NEQVE NEGOCIATOR ODIO SIT. *hæc ſunt Romanorum hominum per prouinciæ nomina.* ARAM LEGVM, *tribul prætoris, ac ſubſellia iudicum.* PVBLICO CONSILIO *quia non poteſt negari fuiſſe illos accuſatores M. Lepidi, addidit publico conſilio, quaſi illud omnes tunc fecerint.* ET SI ILLVM ANNVM M. *Lepidi prætoris qui accuſari cœperat à duobus Metellis Celere & nepote, q cum legibus interrogaſſent, uicti eius apud populum gratia deſtiterunt.* VT BIS EX EA FAMILIA *ſemel q auus conſeruauit uictor Syracuſas. iterum hic pronepos magiſtratu ſuo ſiculos recreauit.* ET POSTEA M. ANTONII *hic eſt M. Antonius qui gratia Cottæ conſulis & Cethegi factione in ſenatu curationem infinitam nactus totius oræ maritimæ Siciliam & prouincias omnes depopulatus eſt, et ad poſtremũ inferẽs Cretenſibus bellũ, morbo interijt.* IN NEMINEM ANTE HVNC *recte, quia Lepidus legibus tantũ interrogatus, nec dũ etiam cœperat accuſari.* POSTVLAT À CONSVLIBVS, QVAE NON POSTVLATA, *ne ipſe in Verrem concitaſſe Siculos uideatur, uoluntatem contra Verrem in multis alijs rebus eſſe monſtratam, cum de illis ſuperioribus, tum etiam quia petitiones ad ſenatum per legatos Siculi tales miſerunt, ut nõ tam beneficia poſtulare, q̃ huius iniurias deſcribere*

ΚΕΝΤΡΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uideantur, ut puta cum petunt ne rei fiant abſentes. qđ Stenius apud Verrem hoc paſſus fuerat, & alia huiuſmodi. A QVO MEA LONGISSIME RATIO à quo, à qua re, à quo negotio accuſationis. ſ. publicæ ac iniquæ, aut legati, aut ſuas iniurias proſequẽtis. AT QVEMADMODVM IVDICES VENERINT. obſcurus ſenſus, & per hyperbaton cum parẽtheſi figura, & nouo modo, in ſententia magis q̃ in uerbis explicatur. eſt enim ſenſus hic. at quẽadmodum iud. uenerint. i. q̃ animoſe contra Verrem, ex hoc cognoſcite, & docet quoties deterriti & per quos, & qbus minis accuſandi tantum Verris non depoſuerint uoluntatem. SALVTI ENIM POTIVS ILLORVM CONSVLAM, QVAM VOLVNTATI. hoc ideo quia contra Metellum dicturus eſt Siciliæ tunc prætorem. QVAESTORES VTRIVSQVE PROVINCIAE, duos quæſtores habet Sicilia. Lilybætanum, et Syracuſanũ. nã prætori una prouincia eſt, quæſtori duæ. PRAESTO FVERVNT. ut impedirent, ſcilicet meã inquiſitionẽ. ſeqtur enim. NON MINVS ACRES CONTRA ME FVERVNT. apparet cum triennio Siciliam tenuerit unus Verres, quæſtores tamẽ per annos ſingulos huic eſſe mutatos. prætorem uerò ipſum Metellum ſucceſſorem Verris. IN LAVDANDO, ATQVE REPETENDO. accuſando repetundarum. VNA OPERA quod Romam uenerunt, aut quod proceſſerunt in conſpectum iudicum. QVA RATIONE ISTI AMICI SIT: ab ſe miſſa munera ſocietatemq; prædarum.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ALIA CIVITAS NVLLA IVD. publicè. ſcilicet laudant aliæ, ſed non publico conſilio. per priuatos teſtis. ſupra enim dixit præter duas ciuitates Mamertinam. ſ. & Syracuſanam. VIS ILLA SVMMI IMPERII Metelli prætoris in Sicilia, & Romæ fratris eius Metelli alterius conſulis cum Hortenſio. INIVSSV POPVLI, AC SENATVS magnifice quidem Siculum tamen dicit & populum, & ſenatum, teſtimonium publicum mandata quæ acce, erant à ſuis ciuitatibus. ſ. VSV. VENISSE congeſſe. STATIM ROMAE, ET AD VRBEM præturæ ius, omnis enim magiſtratus q intra- urbanus non eſt, nec urbanus etiam, ſi adminiſtrator, us Romæ eſt, ad urbem dicitur. Salluſtius, ij utriq; ad urbem imperatores erant. MAXIMAM VNO ANNO PECVNIAM FACERE POSSET. r uno anno? an quia diuinabat Arrio ſibi non ſuc ſuro per triennium ſe fuiſſe in Sicilia futurum? VM VIDERET IN FORO LATROCINIA fieri i æde caſtoris, ac pro roſtris. IN QVARO ACTV IMPROBITATIS fabula ſiue agica, ſiue comica, quinq; actus habere debet, ergo mere tranſtulit, et ſignificatur adminiſtrationes in Po. Verris infames tanquam ſcenicos actus ſpectao omnibus fuiſſe. NON SOLVM GENERA RANDI, SED ETIAM NOMINA: ſpe- negociorum hominum quaſi ſignificant. QVAS IO ISTVM IN ITALIA SCRIPSISARBITROR. quaſi in naui ſcribere non poſit, ſed hoc eo dicit, quia conſtat Verrem negotia Si

cilię extra Siciliam didiciſſe. SACERDOTE PRAETORE. hic & temporis admonitio eſt, et argumentum calumniæ Verris, de qua ſacerdos nihil cõtra hæredem ſtatuerit. QVADRVPLATORES accuſatores, ſiue delatores criminum publicorum ſub pena quadrupli. ſiue quod ipſi ex damnatorũ bonis quos accuſauerant, quartam partem conſequebantur. AD VRBEM iam ſupra diximus quid interſit ad urbẽ, & in urbe. IIS, QVI HERICINVM MONTEM OBTINEBANT. Lilybitanus. ſ quæſtor, nõ Syracuſanus; nam hos binos quæſtores annuos habuit Sicilia. EXCVRSOR EMISSARIVS, hæc uocantur conciliatores furtorum, quæ à magiſtratibus committuntur, atq; internuntij. PAVLO TAMEN CONSIDERATIOREM ſi cõſideratiorem inquit aliquatenus calumniatorẽ quæreret, reperire nõ poſſet. VENERI ABSOLVIT: SIBI CONDEMNAT. ſenſus hic eſt, ita Verrem in cauſa bona tantum prædatum, quaſi minus damni eſſet ſi Dionem Erycinæ ueneri addicere uoluiſſet. QVOD NON DEBEBATVR: mire perſeuerauit in cauſa, ut oſtenderet calumniam fuiſſe Prætoris. QVID IPSIVS Q. CECILII DIONIS ipſius dionis cauſa eſt amplius honorifice poſitum e quaſi alicuius magni hominis, qui tunc in Macedonia fuit conſul ſcilicet, nam ut opinor *Curionis acceſſerat. SED LEGIS EXCEPTIO? qua non licet ut teſtimonium defenſori denũtiet accuſator. E CHELIDONIS SINV alludit ad nomen, quod hirundo quã Chelidona græci uocant ueris, ideſt tempori ueris ſit annũc.

SI COM-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

·SI COMMISSVM QVID ESSET: Commiſſa dicuntur, quæ contra teſtatoris uoluntatem facta aut non facta, ab hærede mulcta aliqua pœnaq; plectuntur. IPSO VIGESIMO ANNO, præſcriptio temporis. COGNOSCIT: iam primum hoc peccatum à duobus fratribus in uoluntate uideri patris damno, & unam patris hæreditatem, & duos fratres. AT ENIM AD VERREM PECVNIA ISTA NON VENIT. coniecturæ ſtatus. tentatur ire contra Hortenſium, qui improbos ſæpe defendit. VERRES CALVMNIATORES APPONEBAT: à ſummo ad imum, hoc eſt à prius ad poſtrema. VOLCATIO SESE DIXVNT DEDISSE. tollit coniecturam, cauſam fuerit. QVAE VIS VOLCATIO, perſona negat nunc à conſequētibus. SED CVM OB TVA DECRETA, collectio. CENTVM COHORTES FVGITIVORVM FVISSENT: propter Athenionem dicit, qui dux fugitiuorū p Siciliam fuit. SED TVA MANV NVMERATVM diffiniti. NAM SI HANC DEFENSIONEM PROBABITIS: admittitis, accipitis. NON ACCEPIT IPSE: ſed non accepit ipſe licet. TOLLATIS, pro eo quod eſt iam tollite. AD Q. MVCII INNOCENTIAM REFERATVR: Mutius Aſiam ſingulariter rexerat, adeo ut dies ius à græcis in honorem eius conſtitueretur, qui dicetur Mutia. MISSOS FACIAMVS: dimittat à nobis de prouincia, eorūq; opera non utamur. RATIONEM REDDENDAM NOBIS

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ARBITREMVR. *accuſari nos poſſe credamus:* ET EOS IN CONCIONE. *et honori et lucro ſunt, ut haſtæ uexilla falera corona ciuica, item anuli aurei ingenuitatis ſigna et liberationis à cura invictæ publicarum*. IVDICIA DANT: *Prætores.* SI CVM HAEC A QVOPIAM VESTRVM PETITA SINT: PRAETOR IMPROBVS CVI NEMO INTERCEDERE POSSIT: *in prouincia ſcilicet, nam Romæ appellari tribuni poſſunt contra oēm poteſtatem.* L. OCTAVIVS *uerbi gratia hunc dicit, qui nunc in numero iudicum ſedet, ſubtiliterq; laudat, ut Prætor ſolet in uerba litis iure compoſito.* L. OCTAVIVS BALBVS IVDEX, HOMO *et cætera, hæc ſunt exempla uerborũ quæ uerba iudicum dare fingit Prætorem improbum.* IVRIS ET OFFICII, *ius ad doctrinam pertinet, officium ad uirtutem.* L. OCTAVIVS BALBVS IVDEX ESTO, *iudicio ſuo fungatur Balbus in Seruilium.* SI CONSTAT FVNDVM CAPENATEM. P. SERVILII ESSE, NEC RESTITVERETVR CATVLO, *cuius nomen momento eſt iudices præſentes eſſe, quorum nominibus utitur ad exemplum. iudex eſto, ſi non reſtitueretur fundus, hoc ſignificat cogere, ut reſtituat, aut condemnare reum quē non oporteat, quia de fundo exemplum dederat, ſubiecit clauſulam etiam de condemnatione.* SI NON ACCIPIT QVOD TE DEBERE DICIS, ACCVSES. SI PETITVR, DVCAS. *ſenſus hic eſt ſi non acceperit creditor, quod ſe debere debitor dicit,*

*accuſetur,*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

accuſetur, ſi petitur, condemnetur idem ſcilicet dici iuſſit uel reum fieri, et accuſari eum qui petitor eſſet, uel etiam damnari. Melius autem duci iuſſit in uincula uel in carcerem, intelligimus, duci iuſſit, damnauit. QVI CIVES RO. ERANT. ſubauditur addeicantur. SI SICVLI ESSENT ſubauditur rei. TVM SI EORVM LEGIBVS DARI OPORTERET. ſubauditur iudicia. QVI SICVLI ſubauditur erant iudices. SI CIVES RO. ESSENT. ſubauditur rei, ſic Terẽtius, hic in noxa eſt, hic ad defendendam cauſam adeſt, cum ille eſt, hic præſto eſt, tradunt operas mutuas. VERVM VT TOTVM GENVS COMPLECTAMINI IVDICIORVM PRIVS IVRA SICVLORVM, explanationem ſubiecit obſcuræ rei. DOMI CERTET apud ciues ſuos. SVIS LEGIBVS Siculis etenim apud ueteres non Romano tantum iure, ſed & ſuæ cuiuſque ciuitatis legibus agebatur. EX P. RVPILII DECRETO, hic eſt P. Rupilius, qui quondam ex publicano dictus conſul post X. legatorum ſententia leges Siculis conſcripſit. RVM ALTERNAE CIVITATES REIECTAE SVNT. Apparet ex hoc, dicto primum petitoris, ac rei ciuitatem ad iudicandum proponi. Pomo iri ad aliam quamlibet, utriuſque ſictæ reiectione. QVOD CIVIS RO. deeſt ut ſit in eo d ciuis Romanus, ex ciuium Romanorum conuen ex iis ciuitatibus, ad quas ciues Ro. conuenire ſolagendæ ſuæ, aut publicæ rei cauſa. AVT IM IVDICEM, QVEM COMMODVM

ERAT, uetuſte poſuit pro eo quem uolebat, ſic Te-
» rentius, amat, dabitur à me argentum dum erit com
» modum, nam meretrici dare quando eſt cómodum?
ſed eſt poſitum pro eo quàm diu libuerit. SI QVID PERPERAM IVDICARIT SENATVS, multi ſubdiſtinguunt & ſeparatim addunt ſenatus ut quaſi per interrogationem oſtendat, ne ſenatui quidem cuiuſquam ciuitatis in poteſtate fuiſſe iudicare quod ſenſerat. NISI CVM NIHIL INTERERAT ISTIVS, niſi cum quid iuſſu ederet, non habebat. STRAGVLAE VESTIS, Stragula ueſtis eſt pictura inſanias*noue*ſed propter. *

# COMMENTATIO IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO CORNELIO DE MAIESTATE.

## ARGVMENTVM.

b

Anc orationem dixit. L. Cotta. L. Torquato COSS. poſt annum q̃ ſuperiores. Cornelius hó nó improbus uita habitus eſt, fuerat quæſtor Cn. Pópeij, dein tri. ple. L. Piſone COS. biennio ante q̃ hæç diċta ſunt. In eo magiſtratu ita ſe ...eſſit, ut iuſtior & ꝑtinacior uideretur. Alienatus autem ... ſenatu ex hac cauſa. Retulerat ad ſenatum ut quo... ...iam exterarum nationum legatis pecunia magna da...retur uſura, turpiaq́; & famoſa ex eo lucra fierent, ...e quis legatis exterarum nationum pecuniam expen...m ferat cuius relationē repudiauit ſenatus, & de...reuit ſatisfactum uideri eo. S. C. quod ante annos. Cn. ...omitio. C. Celio COSS. factum erat, cū ſenatus ante ...auculos annos illo. S. C. decreuiſſet, neq; Cretenſibus ...ecuniam mutuam daret. Cornelius ea re offenſus ſe...tui quæſtus eſt de ea, ne exhauriri prouincias uſu...s, prouidendum ut haberent legati unde præſentia ...larent, promulgauitq́; legem qua auctoritatem ſena...s minuebat, ne quis niſi ꝑ populum, legibus ſolueretur, quod antiquo quoq; iure erat cautū. Itaq; in omni-

bus. S. C. qbus cum aliquē legibus ſolui placebat, adiecerat ſolitum, ut de ea re ad populū ferretur, ſed paulatim ferri erat deſitum, resq; iam in eam conſuetudinem uenerat, ut poſtremo ne adijceretur qdē in S. C. de rogatione ad populum ferēda, eaq; ipſa. S. C. p paucos admodum fiebant. Indigne eam Cornelij rogationem tulerant potentiſſimi quiq; ex S. C. quorū gratia magno pe minuebatur. Itaq; P. Seruilius Globulus tri. ple. inuentus erat, qui L. Cornelio obſiſteret. Is, ubi legis ferundæ dies uenit, & præco ſubijciente ſcriba, uerba legis recitare populo cœpit, & ſcribā ſubijcere, & præconem pronuntiare paſſus non eſt. Tum Cornelius ipſe codicem recitauit. Quod cum improbe fieri. L. Piſo COS. uehementer quereretur, tribunitiā intercæſſionem diceret, graui conuitio à populo exceptus eſt, & cum ille COS. qui ſibi intentabant manus prendi à lictore iuſſiſſet, fracti eius faſces cuncti, lapideſq; etiam ex ultima contione in COS. iacti, quo tumultu Cornelius pturbatus concilium dimiſit. Actum deinde eadem de re in ſenatu eſt magnis contentionibus. Tum Cornelius ita ferre rurſus cœpit, nequis in ſenatu legibus ſolueretur, niſi. CC. affuiſſent, ne'ue qs, cum ſolutus eſſet, intercæderet, cū de ea re ad populum ferretur, hæc ſine tumultu res acta eſt. nemo enim negare poterat pro authoritate ſenatus eſſe eam legem, ſed tamen eam tulit inuitis optimatibus, q uel paucos gratificari ſolebant. Aliam deinde legem Cornelius, et ſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit, ut prætores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent, quæ res tam gratiam ambitioſis prætoribus, qui uarie ius dicere ſolebant.

debant, ſuſtulit. alias quoq; complures leges Cornelius promulgauit, quibus pleriq; collegæ interceſſerunt, per quas contentiones totus tribunatus tpe eius pactus eſt. Sequenti deinde anno M. Lepido, L. Volcatio COSS. quo anno prætor Cicero fuit, reum Corneliũ duo fratres Cominij lege Cornelia de maieſtate fecerunt. Detulit nomẽ P. ſubſcripſit C. & cum P. Caſſius prætor decimo die, ut mos eſt adeſſe iuſſiſſet, eoq; die ipſe non affuiſſet, ſeu auocatus propter publici frumenti curã, ſeu gratificans reo circumuenti ſunt ante tribunal eius accuſatores à notis operarum ducibus, ita ut mors intentaretur, ſi mox non deſiſterent, quam pniciem uix effugerunt interuẽtu conſulum, qui aduocati reo deſcenderant, & cum in ſcalas quaſdam Cominij fugiſſent, clauſo in noctem ibi ſe occultauerunt, deinde p tecta uicinarum ædium profugerunt ex urbe. Poſtero die cũ P. Caſſius aſſediſſet, & citati accuſatores non adeſſent, exemptum nomen eſt de reis Cornelij. Cominij autem magna infamia flagrauerunt, uendidiſſe ſilentium magna pecunia. Sequente deinde anno L. Cotta, L. Torquato COSS. quo hæc oratio à Cicerõe prætore dicta eſt, cum prima pars M. Manilius qui iudicium p operarũ duces turbauerat, deinde q ex S. C. anno COS. præſidebant, & iudicio non reſpondiſſet, * atq; eſſet damnatus recreauiſſet * iam accepta pecunia tollere ait Cornelium lege maieſtatis. Res acta eſt magna expectatione paucos ante me ergo * Cornelius perterritus Manlij exitu * in iudicium adhibuit, ut ne clamor qui in illius ab aduocatis eius oriretur. Dixerunt in eũ teſti teſtimonia principes ciuitatis, q plurimũ in ſe-

natu poterant Q. Hortenſius, Q. Catulus, Q. Metellus Pius, L. Lucullus, M. Lepidus. Dixerunt autem hoc uidiſſe ſe, cum Cornelius in tribunatu codicē pro roſtris ipſe recitaret, ꝙ ante Corneliū nemo fecisse exiſtimaretur. uolebant uideri ſe iudicare eam rē magnopere ad crimen imminutæ maieſtatis tribunitiæ pertinere, & cum propè tollebatur intercæſſio, ſi id tribunis permitteretur, non poterat negare id factum eſſe. Is eò confugit ut diceret, non uideo quo ſi lectus ſit codex à tribuno, imminutam eſſe tribunitiam poteſtatem. Qua uero arte & ſcientia orationis, ita ut & dignitatem clariſſimorum ciuiū contra quos dicebat, non uiolaret, & tantum authoritate eorum lædi reum nō pateretur, quantaq; moderatione rem tam difficilem aliis tractauerit, lectio ipſa declarabit, adiumentum autem habuit ꝙ (ſicut diximus) Cornelius præter deſtrictum propoſitum aduerſus principum uoluntatem, cætera uita nihil fecerat, quod magnopere improbaretur. Præterea & ipſe Globulus qui * ſerat aderat Cornelio, ꝙ ipſum quoq; diximus, ꝙ Cornelius Pompeij Magni quæſtor fuerat apud duas * præfecturas equitum. R. & tribuno * & ex tertia quoque parte * apud pleroſq; exceptis iis * familiaris principū ciuitatis. Res acta eſt magno conuentu, magnaq; expectatione, quis euentus iudicij futurus eſſet * A ſummis uiris dicit æſtimo * & id quod ei dicerent confiteri animaduertebant. Extat oratio hominis accuſatoris, quam ſumere in manus, eſt aliquod operæpretium, non ſolū propter Ciceronis orationes, quas pro Cornelio habemus, ſed etiam propter ſemetipſam. Cicero ipſe ſignificat, quatri-

rat, quatriduo Cornelium defendiſſe, duas actiones con tuliſſe, cum in duas orationes appareat, iudicium id exercuit Q. Gallius prætor.

INITIVM EXPOSITIONIS.

VER. A. PRIMO CIRCI. CLXI.

POSTVLATVR A ME PRAETORE PRIMVM DE PECVNIIS REPETVNDIS. PROSPECTAT VIDELICET COMINIVS, QVID AGATVR, VIDELICET HOMINES FOENEOS IN SEDIVM AD TENTANDVM PERICVLVM PROIECTOS, SIMVLACHRA. effigies hominum ex fœno fieri ſolebant, quibus obiectis ad ſpectaculum præbendum tauri irritarentur. QVID METELLVS SVMMA NOBILITATE, AC VIRTVTE, CVM BIS IVRASSET, SEMEL PRIVATIM *PRIVATVM PARTE PVBLICAE LEGIS DEIECTVS EST RATIONE, AN VI AN FERI *SVSPITIONEM ANIMI TOLLIT *VIRTVS AC DIGNITAS. ET Q. METELLI *ADOLESCENTIA AD SVMMAM LAVDEM OMNIBVS REBVS ORNATAM, hoc exemplum affert hoc loco, qui vult probare deſiſtere eum debere ab accuſatione, quanquam qui accuſauerit, neque fecerit actionem, nam Metellus postulauerat Curionem, & deſtiterat. Confugit autem orator ad Metelli nobilitatem, & ad C. Curionis induſtriam, ut legeret id quod illi utilius quam honeſtius

fecerant. Res autem tota ſe ſic habet, in qua quidem illud primum explicandum eſt, de quo Metello hoc dicit. Fuerunt enim tunc plures Quinti Metelli, ex quibus duo conſulares Pius, & Creticus, de quibus apparet eum non dicere, duo autem adoleſcentes Nepos, & Celer, ex quibus nūc nepotem ſignificat. Eius enim patrem Q. Metellum nepotem Balearici filium, macedonici nepotem, qui COS. fuit cum T. Didio Curio, is de quo loquitur, accuſauit, isq; Metellus moriens petijt ab hoc filio ſuo Metello, ut Curionem accuſatorem ſuum accuſaret, & id facturum eſſe iureiurando adegit. Metellus fecit reum Curionem, cumq; interim quendam ciuē idem Metellus ſeruum eſſe contendēs, ui arripuiſſet, ac uerberibus affeciſſet, Curio aſſertorem ei comparauit. Dein cum appareret eum exitum iudicij illius futurum ut liber is iudicaretur, quē Metellus uerberibus affectum eſſe negare non poterat, inter Metellum & Curionem facta pactione arbitrium de libertate pergere, ſed tamen ille in libertatem de quo * neq; Metellus pſtaret in accuſatione Curionis, eaq; pactio ab utroq; firmata eſt, huc ergo illud ptinet cum iuraſſe dixit ſemel priuatim, & iterum legatum ſcilicet cum in Curionem calumniam iurauit. Cum hoc autem Metello poſtea Cicero ſimultates geſſit, euaſit enim Metellus malus atq; improbus ciuis. LEGEM INQVIT DE LIBERTINORVM SVFFRAGIIS CORNELIVS CVM MALLIO DEDIT, QVID EST HOC, DEDIT, AN TVLIT, AN ROGAVIT, AN HORTATVS EST, AN TVLISSE RIDICVLVM EST, QVA

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

SI LEGEM ALIQVAM AVT AD SCRI
BENDVM DIFFICILEM, AVT AD EX-
COGITANDVM RECONDITAM, QVAE
EX PAVCIS HIS ANNIS NON MO-
DO SCRIPTA, SED ETIAM LATA ES
ET. P. *Sulpitium in Tribunatu hanc eandem legẽ*
*-diſſe ſignificauimus. Tulit autem L. Sylla qui poſtea*
*-elix appellatus. Q. Pompeio* COS. *ante.* XVI. *annos*
*haec dicta ſunt, cum per uim remp. poſſediſſet ab*
*-itijs bonarum actionum ad perditas progreſſus eſ-*
*t, quod & initium bellorum ciuilium fuit, & pro-*
*-er qđ ipſe Sulpitius* COS. *armis ... ire oppreſſus eſſe*
*-ſus eſt.* IN QVO CVM MVLTA REPRE
-ENSA SINT, TVM IN PRIMIS CE-
-ERITAS ACTIONIS. *Celeritatem actionis*
*-nificat, ut Manilius, ſicut iam oſtendimus, poſt paucu*
*-ſtatim dies q̃ inierat tribunatum, legem eandem*
*-mpitalibus pertulit.* PETIVIT TAMEN A
-E PRAETOR MAXIMA CONTESTA
-IONE, VT CAVSAM MANILII DE-
-ENDEREM, *Cattium Celſum ſignificat, ſicut iam*
*-te dictum eſt.*

VER. A. PRI. DCCCC. L.

*-it de eodem Manlij tribunatu.* NAM CVM IS
-RI. PLE. DVAS LEGES TVLISSET IN
-O MAGISTRATV, VNAM PERNICIO
-AM, ALTERAM EGREGIAM, QVOD
-IMMA REPVBLICA NON HAESIT,
-ID AB ILLO IPSO TRI. ABIECTVM
-T, BONVM AVTEM QVOD SVMMA

REP. MANET IN VESTRI ORDINI fuit. Dictum eſt etiam ſupradictis legibus quas nunc de Libertinorum ſuffragijs, quæ cum S.C. damnata eſſet, ab ipſo quoq; Manlio, altera defenſa eſt, altera de bello Mitridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandãdo, ex qua lege tum Magnus Pompeius bellum gerebat, dicit de diſturbato iudicio Manliano. ALIIS ILLE IN ILLVM FVROREM MAGNIS HOMINIBVS AVTHORIBVS IMPVLSVS EST, QVI ALIQVOD INSTITVIT EXEMPLVM DISTVRBANDORVM IVDICIORVM, PERNICIOSISSIMVM, TEMPORIBVS SVIS ACCOMMODATISSIMVM, EIS ALIENISSIMVM, RATIONIBVS CVPIERVNT. L. Catilinam et Cn. Piſonem uidetur ſignificare. Fuit autem Catilina patricius, et eodẽ illo tempore erat reus repetũdarũ, cum prouinciam Africam obtinuiſſet, & conſulatus candidatum ſe oſtendiſſet. Accuſator erat eius P. Clodius adoleſcens ipſe quoq; perditus, qui poſtea cum Cicerone inimicitias geſſit. Cn. quoq; ipſe adoleſcens potens & turbulentus familiaris erat Catilinæ, omniumq; conſiliorum eius particeps, & turbarum author.

VER. CIR. SXI.

POSSVM DICERE HOMINEM SVMMA PRVDENTIA CAPTVM C. COTTAM DE SVIS LEGIBVS ABROGANDIS IPSVM AD SENATVM RETVLISSE. Hic eſt Cotta, de quo iam ſæpe diximus, magnus orator habitus, & compar in ea gloria P. Sulpitio, &

.Cæſari. Videntur autem in rebus paruis fuiſſe le-
s illæ, quas cum tuliſſet, retulit de ijs abrogandis ad
natum, nam neq; apud Salluſtium, neq; apud Liuiū,
q; apud Feneſtellam ullius alterius latæ ab eo legis
ntio præter eam quam in concione *nobilitate ma
o populi ſtudio ut his * fuiſſent. Alios quoq; magi-
atus *aliter & quod lex dictatore L. Sylla paucis*
ta perhibebant, neque eam Cottæ legem abroga-
m eſſe ſignificat.

SEQVITVR.

OSSVM ET EIVS COTTAE LEGEM
E IVDICIIS PRIVATIS ANNO POST
AM LATA SIT A' FRATRE EIVS, *
ttam ſignificat. fuerūt autem tres, duo hi, & M. Ter
s. L. Cotta, qui lege ſua iudicia inter tres ordines cō-
nicauit. Senatum, equites, tribunos ærarios, adeptiq;
ut omnes conſulatum.

STATIM.

EGEM LICINIAM ET MVTIAM DE
VIBVS REGVNDIS VIDEO CON-
ARE INTER OMNES, QVAM DVO
SS. OMNIVM QVOS VIDIMVS SA
ENTISSIMI TVLISSENT, NON MO
INVTILEM, SED PERNICIOSAM.
). PO. FVISSE. P. Licinium Craſſum oratorē.
Q. Mutium Scæuolam Pon. Max. eundēq; et ora
m, & iuriſconſultum ſignificat. hi enim legem eam
qua loquitur, de regēdis in ſua ciuitate ſocijs, in ſuo
ſulatu tulerunt, cum ſumma cupiditate ciuitatis Ro
æ Italici populi tenerentur. Et ob id magna pars

eorum pro ciuibus Romanis ſe gereret, neceſſaria lex uiſa eſt, ut in ſuæ quiſq; ciuitatis ius redigeretur. Verũ ea lege ita alienati animi ſunt Principum Italicorum populorum, ut ea uel maxima cauſa belli Italici, quod poſt triennium exortum eſt, fuerit. QVATVOR OMNINO GENERA SVNT IVDICES, IN QVIBVS PER SENATVM MORE MAIORVM STATVATVR ALIQVID DE LEGIBVS. VNVM EST EIVSMODI, PLACERE LEGEM ABROGARE, VT Q. CECILIO, M. AEMILIO COSS. QVAE LEGES REM MILITAREM IMPEDIRENT VT ABROGARENTVR. Q. Cecilius Numidicus Metellus, M. Iunius Siluius, de quibus facit mentionem, COSS. fuerunt bello Cimbrico, quod diu praue ſimul et infeliciter geſtum eſt, atq; ipſe quoque hic Iunius male rem aduerſus cimbros geſſit, ac plures leges quæ per eos annos, quibus hæc ſignificabantur, populo latæ erant, quibus militiæ ſtipendia minuebãtur, abrogauit. QVANTVMQVE LEX LATA ESSE DICATVR, EA NON VIDERI POPVLVM TENERI, VT L. MARTIO SEX. IVLIO COSS. De legibus iunij puto uos reminiſci has eẽ leges iunias quas illis COSS. M. Lubilius Druſus tri. pl. tulerit, q cum ſenatus partes tuẽdas ſuſcepiſſet, & leges pro optimatibus tuliſſet, poſtea ea licentia eſt progreſſus, ut nullum in his morem ſeruaret. Itaq; Philippus COS. q ei inimicus erat, obtinuit à ſenatu ut leges eius omnes uno S. C. tollerentur. Decretum eſt enim contra auſpicia eſſe latas, neque

ſ teneri populum. TERTIVM EST DE LE
IVM ABROGATIONIBVS, QVO DE
ENERE PERSEPE. S. CONSVLTA FI
INT, VT NVPER DE IPSA LEGE
ALPHVRNIA, QVAE DEROGARETVR.
x hæc calphurnia de ambitu erat, tulerat eã ante
nnium. C. Calphurnius Piſo COS. in qua præter
as penas pecuniaria quoq; pœna erat adiecta.
AFRICANVS ILLE SVPERIOR VT
CITVR, NON SOLVM À SAPIEN-
ISSIMIS HOMINIBVS QVI TVM E-
INT, VERVM ETIAM À SE IPSO
EPE ACCVSATVS EST, QVOD CVM
NSVL ESSET, CVM. T. LONGO PAS
S ESSET TVM PLVRIMA POPVLA
CONSESSV SENATORIA SVBSEL
A SEPARARI. Hoc factum eſt ſecundo conſu-
Scipionis, poſt ſeptimum annum q̃ Carthaginenſi-
bello ſecundo dicta eſt pax, factum id eſſe autem
as tradidit ludis romanis, quos fecerunt ædiles cu
; Attilius Serranus. T. Scribonius Libo. ideos fecis-
s cenſorum Sex. Aelij Leti, C. Cornelij Cetegi. Et
ur in hac oratione hunc quidem authorem ſecu
Cicero dixiſſe paſſum eſſe Scipionem ſecerni à cæ
onſeſſu ſpectacula ſenatorum. In ea autem, quam
liquot annos habuit de aruſpicum reſponſo, non
m eſſe Scipionem, ſed ipſum authorem fuiſſe dan
n locum ſenatoribus uidetur ſignificare. Verba
æc ſunt. NAM QVID EGO DE ILLIS
DIS LOQVAR, QVOS IN PALA-

TIO NOSTRI MAIORES ANTE TEM PLVM MATRIS MAGNAE FIERI CE LEBRARIQVE VOLVERVNT, QVIBVS PRIMVM LVDIS ANTE POPVLI CON SESSVM SENATVI LOCVM. P. AFRI CANVS. II. COS. ET COLLEGA EIVS SEMPRONIVS LONGVS *hoc tributum eſſ ſenatui ſcribit, ſed ſine mentione megaleſium, ædile enim eos ludos facere ſoliti erant, uotiuis ludis factum tradit, quos Scipio & Longus COSS. fecerint. Nō præ terire autem uos uolo eſſe oratoriæ calliditatis ius u cum opus eſſet eiſdem rebus ab utraq; parte uel à c trarijs utantur. Nam cum ſecundum Ciceronis opinio nem authore Scipione COS. ædiles ſecretum ante o locum ſpectandi ſenatoribus dederint, eodem illo fact Scipionis in hac quidem oratione, quia cauſa popula ris erat; premebaturq; ſenatus authoritate, atq; ob dignitatem eius ordinis q̃ poſſit maxime eleuari cau ſæ expediebat, pœnituiſſe ait Scipionem quod paſſ eſſet id fieri. In ea oratione de Aruſpicum reſponſo, in ſenatu habebatur, cuius auribus erat blandiend & magnopē illum laudat, & nō authorē fuiſſe di di, nam id erat leuius, ſed ipſum etiam dediſſe dic*

CIR. MEDIVM.

*Quo loco numerat cum lex feratur, quot loca i tercæſſionis ſunt, iubeat dicere.* EST VTIQV IVS VETANDI CVM EA FERATV QVANDIV FERVNDI TRANSFERV TVR IDEST LEX. DVM PRIVATI CVNT DVM DVM SITELLA DEFE

TVR,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

VR, DVM AEQVANTVR SORTES, VM SORTITIO FIT, ET SI QVA NT ALIA HVIVS GENERIS, * *alia pulus confuſus ut ſemper, alia ita et in concione ijs ractis, cum id ſolum ſupereſt ut populus ſententiam at. iubet enim is qui fert legem, dicere, * quod uerm non hoc ſignificat, quod in communi conſuetudierat de eo loco ubi lex fertur, ſed in ſuam quiſque bum deſcendat, in qua eſt ſuffragium laturus.*

PAVLO POST.

VNVM TAMEN QVOD HOC IPSO I. PLE. FACTVM EST PRAETERITTENDVM NON VIDETVR. NEE ENIM MAIVS EST LEGERE CO CEM CVM INTERCEDATVR, QVÀM TELLAM IPSAM CVM IPSO INRCESSORE DEFERRE, NEC GRAVS INCIPERE FERRE, QVÀM PERRRE, NEC VEHEMENTIVS OSTEN IRE SE LATVRVM INVITO COLGA, QVÀM IPSI COLLEGAE MASTRATVM ABROGARE, NEC CRINOSIVS TRIBVS AD LEGEM ACPIENDAM, QVÀM AD COLLEGAM DDENDVM PRIVATVM INTROCARE, QVAE VIR FORTIS HVIVS LLEGA AVLVS GABINIVS IN RE TIMA FECIT OMNIA, NEQVE M SALVTEM. PO. RO. ATQVE OIBVS GENTIBVS FINEM DIV-

TVRNAE CVPIDITATIS, TVRPITVDINIS ET SERVITVTIS AFFERRET, PASSVS EST PLVS VNIVS COLLEGAE SVI, QVAM VNIVERSAE CIVITATIS VOCEM VALERE, ET VOLVNTATEM. *Manifeſtum eſt de ea lege Ciceronem nunc dicere, qua Cn. Pompeio bellum aduerſus Pyratas datum eſt. L. autem Trebellius tri. pl. quem nominat, quo perſeuerante intercedere (nam ſenatus promiſerat moriturum ſe antequam illa lex preferretur) introuocare tribus Gabinius cœpit, ut Trebellio magiſtratum abrogarent, ſicut quondam C. Gracchus Tribunus, M. Octauio collegæ ſuo magiſtratum abrogauit. Et aliquandiu Trebellius ea re perterritus non aderat, perſtabatq; in intercesſione, quod damnari magis, quàm perſeueraturum eſſe Gabinium arbitrabatur. Sed poſtquam. X. & VII. tribus rogationem acceperunt, & una mens eſſet ut populi iuſſum confieret, remiſit interceſſionem Trebellius, atque ita legem Gabinius de Pyratis pſequendis ptulit.* AT ENIM DE CORRIGENDA LEGE RETVLERVNT, *diximus iam in principio Cornelium primo legem promulgaſſe nequis per ſenatum lege ſolueretur. tuliſſe ut tum deniq; de ea re. S. C. fieret cum adeſſent in ſenatu non minus * & hæc eſt illa, quam appellat correctio.* IDEM NISI HAEC IPSA LEX QVAM C. CORNELIVS TVLIT, OBSTITISSET, DECREVISSEM ID QVOD PALAM IAM ISTI DEFENSORES IVDICIORVM PVGNAVERVNT,

SENATVI

ENATVI NON PLACERE ID IVDI-
IVM DE SYLLAE BONIS FIERI,
VAM EGO CAVSAM LONGE ALI-
ER PRAETOR IN CONCIONE DE=
ENDI, CVM ID DICEREM QVOD
DEM IVDICES POSTEA STATVE-
VNT, IVDICIVM AEQVIORE TEM=
ORE FIERI OPORTERE. *Quia deſuerat
perioribus temporibus in ærario pecunia publica,
ilta & ſæpe eius rei remedia erant quæſita, in qui-
s hoc quoq; ut pecuniæ publicæ, quæ reſiduæ apud
enq; eſſent, exigerentur.* Id *autem maxime pertine-
t ad Corneliũ Fauſtum dictatoris filium, quia Syl-
per multos annos quibus exercitibus præfuerat,
Remp. tenuerat, ſumpſerat pecunias ex uectiga-
is, & ex ærario.* Po. Ro. *eaq; res ſæpe erat agita=
ſæpe omiſſa, partim propter ſyllanarum partium*
*rtim quod iniquum uidebatur poſt tot annos, quàm
s pecuniam acceperat, resq;* redderet rationem.*

STATIM.

ANTEA VERO QVÀM MVLTARVM
IRVM IVDICIA SVBLATA SINT,
QVIA SCITIS, PRAETEREA VT NE
EM IN IVDICIVM ORATIO MEA
VOCARE VIDEATVR. *bello* Italico *q*
*adoleſcentibus illis, qui tum in* Rep. *uigebant, cum*
*n uaria lege inique damnarentur quaſi id bellum*
*authoribus conflatum eſſet, crebræq; defectiones*
*iorum nuntiarentur, tunc ob eius triſtitiæ occaſio-*
*ſenatus decreuit, ne iudicia dum tumultus* Itali-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cus eſſet exercerentur, q decretum eorum in concionibus populi ſæpe agitatum erat. ſupererant autem ex. ijs q illa iudicia metuerunt uigentes maxime C. Curionis adoleſcentis eius pater * qui bello ciuili Cæſaris fuit partium.

PAVLO POST.

NON CN. DOLOBELLA, C. VOLCATIVM HONESTISSIMVM VIRVM COMMVNI ET QVOTIDIANO IVRE PRIVASSET. Duo fuerunt eo tempore Dolobellæ, quorum alterum. C. Cæſar accuſauit, alterum. M. Scaurus. NON DENIQVE HOMO ILLORVM ET VITA ET PRVDENTIA LONGE DISSIMILIS, SED TAMEN NIMIS IN GRATIFICANDO IVRE LIBER, L. SISENNA BONORVM, CN. CORNELII POSSESSIONEM EX EDICTO SVO, P. SCIPIONI ADOLESCENTI SVMMA NOBILITATE, EXIMIA VIRTVTE, PRAEDITO NON DEDISSET. Hoc ſolum hic annotandum eſt hunc eſſe L. Siſennam qui res Romanas ſcripſit. Quare cum hunc Populus Ro. uideret, & cum à tri. ple. doceretur, niſi pœna acceſſiſſet in diuiſores, extingui nullo modo poſſe, legem hanc Cornelij flagitabat. illam quæ ex S. C. ferebatur, repudiabat, idq; uir is doctiſſimus duorum conſulum deſignatorum calamitate. *

ET EADEM DE RE PAVLO POST.

VT SPECTACVLVM ILLVD DVORVM DESIGNATORVM COSS. CALAMITATE

MITATE, RE ET TEMPORE SALV-
IRE AC NECESSARIVM GENERE,
EXEMPLO MISERVM AC FVNESTVM
VIDEREMVS, P. Syllam & Antonium ſignifi=
at, quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus,
ui cum hæc Cicero dicebat COSS. erant, ambitus
amnarant, & in corũ locum creati erant. QVID
GO NVNC TIBI ARGVMENTIS RE-
PONDEAM? POSSE FIERI VT ALI
S ALIQVIS CORNELIVS SIT, QVI
ABEAT PHILEROTEM, RES * VVLGA
E NOMEN ESSE PHILEROTIS, COR
ELIOS VERO ITA MVLTOS, VT
AM ETIAM COLLEGIVM CONSTI
VTVM SIT. freq̃nter, tũ ẽt cœtus factioſorũ homi
i ſine publica authoritate malo publico fiebãt, pro-
er qđ poſtea collegia. S. C. et pluribus legibus ſũt ſub
ita, præter pauca atq; certa, quæ utilitas ciuitatis deſi
raſſet, quaſi ut fabrorũ, lictorumq;. * AT ENIM
XTREMI AC DIFFICILLIMI TEM-
ORIS VOCEM ILLAM C. CORNELIO
OS. MITTERE COEGISTI, QVI REM
VBLICAM SALVAM ESSE VELLENT,
T AD LEGEM ACCIPIENDAM ADES
ENT. Piſo qui COS. eodem anno fuit, quo Corneli
tri. ple. erat. cum legem de ambitu ex S. C. grauio=
n q̃ fuerat antea ferret & propter multitudinem
iſorum, qui per uim aduerſabantur, e foro eiectus
it, edixerat id quod Cicero ſignificat, et maiore ma
ſtipatus, ad legem perferendam deſcenderat. PLE



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

BEM EX MANILIANA OFFENSIONE VICTAM ET DOMITAM ESSE DICIT, ANTE VESTROS ANNOS PROPTER ILLIVS TRI. PLE. TEMERITATEM POSSE ADDVCI, VT OMNINO * NE ILLIVS POTESTATE AB ALIENEMVR * QVI RESTITVERVNT EAM POTESTATEM, ALTERVM NIHIL VNVM POSSE CONTRA MVLTOS, ALTERVM LONGE ABESSE, *maniſeſtum puto eſſe uobis M. Craſſum, & Cn. Pompeium ſignificari, è quibus Craſſus iudex tum ſedebat in Cornelium. Pompeius in Aſia bellum Mitridaticum gerebat.* TANTA IGITVR IN ILLIS VIRTVS FVIT, VT ANNO. XVI. POST REGES EXACTOS PROPTER NIMIAM DOMINATIONEM POTENTIVM SECEDERENT. LEGES SACRATAS IPSIS SIBI RESTITVERENT, DVOS TR. CREARENT, MONTEM ILLVM TRANS ANIENEM, QVI HODIE MONS SACER NOMINATVR, IN QVO ARMATI CONSEDERANT, AETERNAE MEMORIAE CAVSA CONSECRARENT. ITAQVE AVSPICATO POSTERO ANNO. X. TRI. PLE. COMITIIS CVRIATIS CREATI SVNT. *Inducor magis librariorum hoc loco eſſe mendam, q̃ ut Ciceronem parum proprio uerbo uſum eſſe credã. Illo enim tempore quo loquitur, quod fuit poſt. XVI. annos. q̃. reges exacti ſunt, plebs ſibi leges ſacratas non*

*reſtituit,*

ſtituit, nunquam enim tri. plc. habuerat, ſed tum rimum cos conſtituit. Numerum quidem annorũ poſt ges exactos qui id factum eſt diligenter poſuit qui rit. A. Verginio Tricoſto. L. Veturio cæturino COSS. eterum quidem non duo tri. plc. ut Cicero dicit, ſed inque tradunt creatos tum eſſe, ſingulos ex ſingulis aſſibus. Sunt tamen qui eundem illum duorum nuerum quem Cicero ponant, inter quos Tudianus, & mponius Atticus, Liuiusq; noſter, idem hic & Tuanus adijciunt tris. præterea ab illis duobus colle's creatos eſſe. Nomina duorum ſunt hæc qui primi eati traduntur. L. Sicinius, L. F. Velutus Lauinius, F. Patriculus. Reliqua pars huius loci quæ pertinet l ſecundam conſtitutionem tribunorum & decem ui rum finitum imperium, & breuiter & aperte ab ſo dicitur, nomina ſola non adijcit, quis ille ex. X. ui s fuerit, qui contra libertatem uindictæ dederit, & is ille pater contra cuius filiam id decreuit. ſ. ꝙ ipſe Pompo. Latiſſime refert in lege. ij. uerſ. Virn. de origine iur. notiſſimum eſt, decemuirum illum ppium Claudium fuiſſe, patrem autem Virginis. L. irginium, unum hoc tantummodo explicandum, quo co primum de ſecunda ſeceſſione plebis dehinc conrdia facta ſic dicit. TVM INTERPOSITA IDE PER TRES LEGATOS AMPLISSI IOS VIROS, ROMAM ARMATI RE-IERTVNTVR, IN AVENTINO CON-EDERVNT, INDE ARMATI IN CAPI OLIO VENERVNT. decem tri. ple. Ponti. ꝙ agiſtratus nullus erat, creauerunt, legati tres, quorũ



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nomina non ponit, ij fuerunt. P. Tarpeius, C. Iulius, P. Sulpitius omnes conſulares. Pontifex Maximus fuit M. Papirius. ETIAM HAEC RECENTIORA, PRAETEREA PONAM PRINCIPIVM IVSTISSIMAE LIBERTATIS, CASSIAM, QVA LEGE SVFFRAGIORVM VIS POTESTASQVE CONVALVIT, ALTERAM CASSIAM QVAE POPVLI IVDICIA FIRMAVIT. Quæ eſt iſta lex Caſſia, qua ſuffragiorum poteſtas conualuit, manifeſtum eſt, nam ipſe quoq; paulo ante dixit. Legem Caſſiam tuliſſe, ut populus per tabellam ſuffragium ferret. Altera caſſia lex quæ populi iudicia firmauit, quæ ſit, poteſt quæri. Eſt autem hæc L. Caſſius L. F. Longinus tri. pl. C. Mario, C. Flacco COSS. plures leges ad minuendā nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam ut quem populus damnaſſet, cui ue imperium abrogaſſet, in ſenatu non eſſet. Tulerat autem eam maxime propter ſimultates, cum Q. Cecilio qui ante biennium COS. fuerat, et cui populus, quia male aduerſus Cimbros rem geſſerat, imperium abrogauit. Dicit de nobilibus, QVI NON MODO CVM SYLLA, VERVM ETIAM ILLO MORTVO, SEMPER HOC PER SE SVMMIS OPERIBVS RETINENDVM PVTAVERVNT, INIMICISSIMI, C. COTTAE FVERVNT, QVOD IS COS. PAVLVM TRI. PLE. NON POTESTATIS, SED DIGNITATIS ADDIT. hic Cotta ut puto, legem tulit, ut tri. ple. liceret poſtea alios magiſtratus capere; q̃ lege Syllæ ijs



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ut ademptum. QVANDIV QVIDEM HOC
NIMO ERGA VOS ILLA PLEBS
RIT, QVO SE OSTENDIT ESSE, CVM
EGEM AVRELIAM CVM ROSCIAM
ON MODO ACCEPIT, SED ETIAM
FFLAGITAVIT. *Aurelia lege communicata* 
*iudicia inter ſenatores & equeſtrem ordinem & bunos ærarios quam* L. *Roſcius* Otho *biennio ante* OS. *firmauit* * *in* Theatro, *ut equitibus* RO. XIIII. *dines ſpectandi gratia darentur.* MEMORIA
ENEO CVM PRIMVM SENATORES
VM EQVITIBVS RO. LEGE PLOTIA
DICARENT HOMINEM DIIS AC
OBILITATI PERINVISVM, CN. POM
IVM CAVSAM LEGE VARIA DE
AIESTATE DIXISSE, M. *Plautius* Sylla- *r tri. pl.* Cn. Pompeio Strab. L. Portio Catone COSS. *anno belli* Italici *cum equeſter ordo in iudicijs do narctur, legem tulit adiuuantibus nobilibus, quæ uim eam habuit, quam* Cicero *ſignificat, nam ex lege tribus ſingulæ ex eo numero quinos denos ſuf gio creabant, qui eo anno iudicarent, ex eo factum ut ſenatores quoque in eo numero eſſent, & qui- n etiam ex ipſa plebe.*

PRO CORNELIO.

NVM IN EO QVI SINT HI TESTES
AESITATIS? EGO VOBIS EDAM DV
RELIQVI SVNT DE CONSVLA-
BVS INIMICI TRIBVNITIAE PO-
STATIS, PAVCI PRAETEREA AS-

SENTATORES EORVM ATQVE ASSECLAE SVBSEQVVNTVR, M. Lucullū, & M. Lepidum ſignificat, quinque enim conſulares (ut iam diximus) in Cornelium teſtimonium dixerunt Q. Catulus, Q. Hortenſius, Q. Metellus Pius Pont. Max. quos hac ſecunda oratione tractat, & duo qui non dixerunt, quos nunc ſignificat Lucullus, & Lepidus. QVID AVVNCVLVS TVVS CLARISSIMVS VIR, CLARISSIMO PATRE, AVO, MAIORIBVS, CREDO SILENTIO FAVENTE NOBILITATE NVLLO INTERCESSORE COMPARATO PRODERIT, ET POTENTISSIMORVM HOMINVM COLLEGIIS ERIPVIT COOPTANDORVM SACERDOTVM POTESTATEM, hoc egere enarratione, qa hic loco nomen ponit quis fecerit, ei demum uideri poteſt qui oblitus ſit, minus ante. XX. uerſus hæc de eo ipſo Ciceronem dixiſſe. SED SI FAMILIARITER EX Q. CATVLO SAPIENTISSIMO VIRO ATQVE HVMANISSIMO VELLIM QVAERERE, VTRIVS TANDEM TIBI TRIBVNATVS MINVS PROBARI POTEST, C. CORNELII AN NON DICAM. P. SVLPITII, NON L. SATVRNINI, NON C. GRACCHI, NON TIBERII, NEMINEM QVEM ISTI SEDITIOSVM EXISTIMANT NOMINABO, SED AVVNCVLI TVI Q. CATVLI CLARISSIMI. ATQVE AMANTISSIMI VIRI,

'ID MIHI TANDEM RESPONSVM PVTATIS?

SEQVITVR.

QVID IDEM DOMITIVS? M. SYLNVM CONSVLAREM HOMINEM EMADMODVM TRI. PLE. VEXAT? M. Syllanus quinquennio ante COS. fuerat q̃ utius tri. ple. atque ipſe quoq; aduerſus Cimbros male geſſerat, quã ob cauſam Domitius eum apud ılum accuſabat, criminabatur eum cum Cimbris ſu populi geſſiſſe, idq; principium fuiſſe calamita quas eo bello populus accepiſſet, ac de eo tabellã ; edidit, ſed pleniſſime Syllanus abſolutus eſt, nã ſolæ tribus eum Sergia, & Quirina damnaue. HAEC EST CONTROVERSIA SMODI VT MIHI TRI. PLE. CN. DO TIVS CATVLO. M. TERPOLIVS NTEMPTISSIMVM NOMEN EIE VM ESSE EX IIS QVI TRI. PLE. ERVNT. Poſt infractam tribunitiam poteſta yllæ, ante reſtitutam à Cn. Pompeio, apparet. fuit is tri. ple. ante. XII. annos. D. Bruto, & M. Lepi OSS. Cn. Domitius tribunus fuerat ante. II. & nnos C. Mario. II. C. Fimbria COSS. Magno nu ſententiarum Cornelius abſolutus eſt.

COMMENTATIO IN M. TVLLII CI
RONIS ORATIONEM IN TOGA
CANDIDA CONTRA C. AN
TONIVM, ET L. CATI
LINAM COMPETI
TORES IN SE
NATV.

## ARGVMENTVM.

Haec oratio dicta eſt, L. Cæſare Figulo COSS. poſt annum q̃ Cornelio dixerat. Sex competi in Conſulatus petitione Cicero buit, duos patricios. P. Sulpitiũ bam, L. Sergium Catilinam, q or plebeios, ex quibus duo no C. Antonium, M. Antonij oratoris filius, L. Caſſium gurum, duos qui tamen non primi ex familijs ſui giſtratum adepti erant Q. Cornificium, & C. Li um ſacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus e ſtri erat loco natus, atq; in petitione patrem ami teri eius competitores modeſte ſe geſſere, uſiq; ſun Cornificius, & Galba ſobrij ſancti uiri, ſacerdos la improbitate notus Caſſius qui iners ac ſtolid magisq̃ improbus uideretur, poſt paucos menſes iuratione Catilinæ eum eſſe apparuit, ac cruen

ſententiarum fuiſſe authorem, itaq; hi· IIII·pro tebant·Catilina autem & Antonius q̃q̃ omnibus time infimus eorum uita eſſet, tamen multum pote-, coierant enim ambo ut Ciceronem conſulatu deij u, adiutoribus uſi firmiſſimis M·Craſſo, & C·Cæ· Itaq; hæc oratio contra ſolos Catilinam & An-um eſt·Cauſa orationis huiuſmodi in ſenatu haben Ciceroni fuit, quod cum in dies licentia ambitus au tur propter præcipuam Catilinæ & Antonij au-um, cenſuerat ſenatus, ut lex ambitus aucta etiam pœna ferretur, ei quoq; rei Q· Mutius Oreſtinus le·intercesserat·Tum Cicero grauiter ſenatu inter nem ferente ſurrexit, atq; in concionem Catilinæ Antonij inuectus eſt ante dies comitiorum paucos·

INITIVM EXPOSITIONIS·

ICO P· C· SVPERIORE NOCTE, CVIVSDAM HOMINIS NOBI-LIS, ET VALDE IN HOC LAR TIONIS QVAESTV NOTI ET CO-ITI DOMVM CATILINAM ET AN NIVM CVM SEQVESTRIBVS SV-CONVENISSE·Aut C·Cæſaris, aut M·Craſ mũ ſignificat, etenim acerrimi ac potentiſſimi fue Ciceronis refragatores cum petijt conſulatum, eius in dies ciuilem creſcere dignitatem animad bant·Et hoc ipſe Cicero in expoſitione ſuorũ con um ſignificat·Eius quoq; coniurationis quæ Cotta Torquato COSS·ante annum q̃ hæc dicerentur fa ſt à Catilina & Piſone, arguit·M·Craſſum autho

rem fuiſſe. QVEM ENIM AVT AMICV HABERE POTEST IS QVI TOT C VES TRVCIDAVIT, AVT QVI IN SV CIVITATE CVM PEREGRINO NEG VIT SE IVDICIO AEQVO CERTA POSSE. Catilina cum in Syllanis partibus fu crudeliter feciſſe nominatim, etiam poſtea Cicero di quos occiderit, Q. Cecilium, M. Volumnium, L. Ta ſium, M. etiam Marij Gratidiani ſumme popularis mınis, qui ob id bis prætor fuit, caput abſciſſum p bem ſua manu Catilina tulerat, quod crimen ſæp ei tota oratiõe obijcit. Fuerat uero hic Gratidianus etiā neceſſitudine Ciceroni coniunctus. CLIE TEM AVTEM NEGABAT HABERE P SE, C. ANTONIVM, NAM IS MVLT IN ACHAIA SPOLIAVERAT N CTVS DE EXERCITV SYLLANO QVITVM TVRMAS. Deinde græci, quos ſ liauerat, eduxerunt Antonium in ius ad M. Luc prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat, egit græcis etiā tum adoleſcentulus, de quo paulo ante tionem fecimus, & cum Lucullus id, quod græci p labant, decreuiſſet, appellauit tribunos Antonius, uitq; ſe ideo iurare, quod æqua in re uti non po hunc Antonium Gellius, & Lentulus Cenſores ſe nio quo hæc dicerentur ſenatu mouerunt, cauſasq; ſcripſerunt ꝙ ſocios diripuerit, ꝙ iudicium recuſa ꝙ propter æris alieni magnitudinem prædia ma pauit, bonaq; ſua in poteſtate non haberet. NE IAM TVM RESPEXIT CVM GRAV

MIS VESTRIS DECRETIS ABSENS
TATVS EST. Catilina ex prætura Africam
uinciam obtinuit, quã cum grauiter uexaſſet, legati
in ſenatu iam tum abſente illo queſti ſunt, mul=
graues ſententiæ in ſenatu de eo dictæ ſunt. IN
DICIIS QVANTA VIS ESSET, DI-
CIT CVM EST ABSOLVTVS, SI,
T ILLVD IVDICIVM, AVT ILLA
SOLVTIO NOMINANDA EST. Ante
am q̃ hæc dicerentur, Catilina cum rediſſet ex A-
Torquato, & Cotta COSS. accuſatus eſt repetun=
um à P. Clodio adoleſcente, q' i poſtea inimicus Ci
ii fuit. Defenſus eſt Catilina, ut Feneſtella tradit,
Cicerone, quod ego ut addubitem hæc ipſa Cice=
oratio facit, maxime q́ is nullam mentionem rei
t, cum potuerit inuidiam facere competitori tam
ter aduerſus ſe coëunti, præſertim cum alterum
etitorem ſuum Antonium in eadem hac oratio-
a admoneat ſuo beneficio eũ ex ultimo loco præ
candidatum, ad tertium perueniſſe. NESCIS
PRAETOREM PRIMVM ESSE FA
VM TECVM CESSIONE COMPE
TORVM ET COLLATIONE CEN-
RIARVM ET MEO MAXIME BE-
FICIO TE E' POSTREMO IN TER
M LOCVM ESSE SVBIECTVM?
igitur Antonio ſuffragationem ſuam imputandã
, is ſi defendiſſet Catilinam, caput eius protectũ
on ne imputaret q́ ita eſſet? Manifeſtum eſt ex
od ſtatim dicit. Q. enim Mutius tri. ple. interce-

*debat, ne lex ambitus ferretur, quod facere pro Ca*
*lina uidebatur.* Hunc Mutium *in hac oratione ap*
*lans* Cicero *ſic ait.* TE TAMEN Q. MV
TAM MALE DE REP. EXISTIMA
MOLESTE FERO, QVI HESTERN
DIE ME ESSE DIGNVM CONSVL
TV NEGABAS. QVID? PO. RO. MIN
DILIGENTER SIBI CONSTITVE
DEFENSOREM QVÀM TV TIBI CV
TE FVRTI L. CALENVS AGERET
POTISSIMVM FORTVNARVM TV
RVM PATRONVM ESSE VOLVIS
CVIVS TV ET CONSILIVM IN T
TVRPISSIMA CAVSA DELEGIST
HVNC HONESTISSIMARVM RER
DEFENSOREM PO. RO. AVTHO
TE REPVDIARE POTEST? NISI F
TE HOC DICTVRVS EST QVO TE
PORE CVM L. CALENO FVRTI
LECTVS SIT, EO TEMPORE IN
TIBI PARVM AVXILII ESSE VI
SE. Verum *ut ageret* Mutij *cauſam* Cicero *ſicut*
*tilinæ egiſſe eum uideri uult* Feneſtella, *cur tam,*
*uis male exiſtimet de cauſa* Mutij, *tamen ei expr*
*patrocinium ſuum, non idem in* Catilina *faciat,*
*do pro eo dixit? & cur ipſum illud iudicium ſa*
*in infamiam uocat, quod protinus uideretur fuiſ*
*cturus, ſi in eo iudicio fuiſſet patronus.* Atq; *ut*
*omittam, hoc certe uix uidetur dicturus fuiſſe*
*patrono* Catilina *repetundarum abſolutus eſt.* S

PRI

LIS SE OMNIBVS, AC FLAGITIIS
ONTAMINAVIT, CAEDE NEFA-
A CRVENTAVIT, DIRIPVIT SOCI
;, LEGES, QVAESTIONES, IVDI-
IA VIOLAVIT.

ET POSTEA.

QVID EGO VT VIOLAVERIS PRO
INCIAM PRAEDICEM? NAM VT TE
LIC GESSERIS, NON AVDEO DI-
RE, QVONIAM ABSOLVTVS ES,
NTITOS ESSE EQVITES RO. FAL
IS FVISSE TABELLAS HONESTIS
MAE CIVITATIS EXISTIMO, MEN
TVM Q. METELLVM PIVM, MEN
TAM AFRICAM VIDISSE APVD *
SCIO QVID ILLI IVDICES QVI
INNOCENTEM IVDICARVNT.
AISER QVI NON SENTIAS ILLO
DICIO TE NON ABSOLVTVM, VE
IM AD ALIQVOD SEVERIVS IV-
CIVM AC MAIVS SVPPLICIVM
SERVATVM. *Verine ergo ſimile eſt hæc eum linæ obijcere ſi illo defendente abſolutus eſt? Præ-e mouet me q cum ſint commentarij Ciceronis ea-etiam defenſionũ, commentarij autem principium indicio abſolutus eſt Catilina, ut Clodius inſi-fuerit, præuaricatus eſt. Nam & reiectio iudicum rbitrium rei uidebatur eſſe facta. Populum uero inſpectante populo collum ſecuit hominis maxi-popularis, quanti faceret, oſtẽdit. Dixinus et pau-*

ioante Marij caput Catilinam per urbem tuliſſe.
ME QVA AMENTIA INDVCTVS EST
VT CONTEMNERET CONSTITVERE
NON POSSVM, VTRVM AEQVO LA-
TVRVM PVTAVIT, AN IN SVO FAMI
LIARISSIMO NON VIDERAT ME NE
ALIORVM QVIDEM INIVRIAS ME-
DIOCRITER POSSE FERRE. *Manifeſtum*
*eſt* C. *Verrem ſignificari.* ALTER PECORE
OMNI VENDITO ET SALTIBVS PRO
PE ADDITIS, PASTORES RETINET,
EX QVIBVS AIT SE CVM VELIT SV,
BITO FVGITIVORVM BELLVM EX-
CITATVRVM. C. *Antonium ſignificat.* AL-
TER INDVXIT EVM QVEM POTVIT
VT REPENTE GLADIATORES POPV
LO NON DEBITOS POLLICERETVR,
QVOS IPSE CONSVLARIS CANDIDA
TVS PERSPEXIT ET LEGIT ET EMIT,
PRAESENTE PO. RO. FACTVM EST.
Q. *Gallium, quem poſtea reum ambitus defendit, ſi-*
*gnificare uidetur. hic enim cum eſſet præturæ candida*
*tus, quod in ædilitate, quam ante annum geſſerat, mu*
*nus non habuerat, dedit gladiatorium ſub titulo pa-*
*tris ſe id dare.* QVAMOBREM AVGERI
ETIAM MERCEDES SI VVLTIS Q.
MVTIVM PERVERTI LEGEM IMPE-
DIRE VT COEPIT SENTEN. COS. SED
EGO EA LEGE CONTENTVS SVM
QVA DVOS COSS. DESIGNATOS VNO

TEMPORE

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

EMPORE DAMNARI VIDIMVS. *le-*
*n Calphurniam ſignificat, quam C. Calphurnius Pi*
*inte triennium de ambitu tulerat* ꝙ *autem dicit da*
*itos eſſe deſignatos* COSS. P. *Syllam, et* P. *Antonium*
*quibus iam diximus uult intelligi. Cognomen au-*
*Q. Mutio tribuno quē nominat fuit Oreſtinus.*
QVE VT ISTVM OMITTAM IN
ERCITV SYLLANO PRAEDONEM
INTROITV GLADIATOREM, IN
CTORIA QVADRIGARIVM. *De Anto*
*dici manifeſtum eſt, ſed dicit eum in exercitu Syl-*
*prædonem propter equitum turmas quibus Achaa*
*ab eo uexatam eſſe ſignificamus in introitu gla-*
*orem, pertinet ad inuidiam proſcriptionis quæ*
*facta eſt. in uictoria, quadrigarium, quod cum Syl*
*oſt uictoriam circenſes faceret, ita ut honeſti homi-*
*quadrigas agitarent, fuit inter eos. C. Antonius.*
E VERO CATILINA CONSVLA-
M SPERARE AVT COGITARE NON
ODIGIVM ATQVE PORTENTVM
T? EX QVIBVS ENIM PETIS? A
NCIPIBVS CIVITATIS, QVI TI-
CVM L. VOLCATIVS COS. IN
NSILIO FVISSET, NE PETENDI
IDEM POTESTATEM ESSE VO-
ERVNT.? *Pauloante diximus Catilinam cum*
*rouincia Africæ decederet, petiturus conſulatum*
*gati Afri quaſi de eo in ſenatu grauiter perue-*
*it, profeſſus deinde eſt Catilina petere ſe conſula*
*L. Volcatius Tullius* COS. *conſilium publicum ha*



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

buit, an rationem Catilinæ habere deberet ſi peteret consulatum. nam quærebatur repetundarum, Catilina ob eam cauſam deſtitit à petitione. A SENATORIBVS QVI TE AVTHORITATE SVA SPOLIATVM ORNAMENTIS OMNIBVS VINCTVM PENE AFRICANIS ORATORIBVS TRADIDERVNT. Diximus modo de hoc. nam iudicium quoq; ſecutum repetundarum, à quo ipſe per infamiam liberatus eſt Catilina, ſed ita ut ſenatorum urna damnaret, equitum & tribunorum abſolueret. AB EQVESTRI ORDINE QVEM TRVCIDASTI. equeſter ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam ſteterat, multasq; pecunias abſtulerant, ex quo Saculi erant appellati, atq; ob eius rei inuidiam poſt Syllanam uictoriam erant interfecti à plebe. CVI SPECTACVLVM EIVSMODI TVA CRVDELITAS PRAEBVIT, VT NEMO SINE GEMITV, AC RECORDATIONE LVCTVS ASPICERE POSSET. Eiuſdem illius Marij Gratidiani quod caput geſtaret obijcit, loco dicit Catilinam caput M. Marij geſtaſſe, quod caput etiam tum plenum animæ & ſpiritus ad Syllam uſq; ab Ianiculo ad ædem Apollinis manibus ipſe detulit. Omnia ſunt manifeſta, ne tñ erretis quod temporibus ædes Apollinis in palatio fuit nobiliſſima, monendi eſtis, non hanc à Cicerone ſignificari, ut quã poſt mortẽ ẽt Ciceronis multis annis imp. Caeſar quẽ nũc Diuũ Auguſtum dicimus, poſt actiacã uictoriam fecerit. Sed illã demonſtrari quæ eſt extra portã

mentalem

entalē inter forū Olitoriū, et circum Flaminiū. ea. n. la tum demum Romæ Apollinis ædes. QVID TV IOTES IN DEFENSIONE TVA DIERE? QVOD ILLI NE DIXERVNT? VAE TIBI DICERE NON LICEBIT? paulopoſt. DENIQVE ILLI NEGARE OTVERVNT, ET NEGAVERVNT. V TIBI NE INFICIANDI QVIDEM MPVDENTIAE LOCVM RELIQVI: I. QVARE PRAECLARA DICVNTVR DICIA TVLISSE SIQVI INFICIANEM LVSCIVM CONDEMNARINT, ATILINAM ABSOLVERINT CONTENTEM. Hic, quem nominat. L. Luſcius no- centurio Syllanus, diueſq; è uictoria factus. nam plius centies poſſederat, damnatus erat non multo tequam Cicero dixit. obiectæ ſunt ei tres cædes pro iptorum circa eoſdem dies. L. quoq; Bellienus dāna eſt, quem Cicero ait auunculum eſſe Catilinæ. hic tem Lucretium Aſellam conſulatum contra uoluntem Syllæ ad turbandum ſtatum ciuitatis petentem iderat, iuſſu Syllæ tunc dictatoris. IS ERGO EGAT IGNARVM ESSE, CVM ETIM ILLI IMPERITOS SE HOMINES SSE, ET SI QVEM ETIAM INTERCISSENT, IMPERATORI AC DICTATORI PARVISSE DICERENT, AC EGARE QVOQVE * CATILINAM VE INFICIARI NON POSSE. Huius au- criminis piculum quod obijcit Cicero paucos poſt



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

menſes Catilina ſubijt. poſt effecta enim comitia conſu-
laria et Catilinæ repulſam fecit eum reum inter ſi-
carios. L. Lucullus paratus eruditusq; qui poſtea con-
ſulatum quoq; petijt. HANC TV HABES DI-
GNITATEM QVA FRETVS ME CON-
TEMNIS ET DESPICIS, AN EAM QVA
RELIQVVM VITAE CONSECVTVS ES
CVM ITA VIXISTI, VT NON ESSET
LOCVS TAM SANCTVS QVOD NON
ADVENTVS TVVS ETIAM CVM CVL-
PA NVLLA SVBESSET, CRIMEN AF-
FERRET. Fabia uirgo ueſtalis cauſam inceſti dixe-
rat cum ei Catilina obijceretur, eratq; abſoluta. hæc
Fabia, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis, ideo ſic di-
xit, etiam ſi culpa nulla ſubeſſet. Ita & ſuis pepercit
et nihilo leuius inimicis ſummi opprobrij turpitudinem
obiecit. CVM DEPREHENDEBARE IN A-
DVLTERIIS, CVM DEPREHENDEBAS A-
DVLTEROS IPSE, CVM EX EODEM
STVPRO TIBI ET VXOREM, ET FI-
LIAM INVENISTI. Dicitur Catilinam adul-
terium commiſiſſe, cum ea quæ ei poſtea ſocrus fuit, &
ex eo ſtupro duxiſſe uxorem cum filia eius eſſet. hæc
Lucceius quoq; Catilinæ obijcit in orationibus quas in
eum ſcripſit. Nomina harum mulierum nondum inue-
ni. QVID ERGO VT VIOLAVERIS
PROVINCIAM PRAEDICEM CVNCTO
PO. RO. CLAMANTE AC RESISTEN-
TE? NAM VT TE ILLIC GESSERIS
NON AVDEO DICERE, QVONIAM

abſolutus

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

BSOLVTVS ES. *dictum eſt iam ſæpius Cati*
*iam ex prætura Africam obtinuiſſe, & accuſante eũ*
*vetundarũ P. Clodio, abſolutum eſſe.* PRAETER-
O ILLVM NEFARIVM CONATVM
VVM, ET PENE ACERBVM, ET LV-
TVOSVM RO. PO. DIEM CVM CN.
ISONE SOCIO NEQVE ALIO NE-
INE CAEDEM OPTIMATVM FACE
VOLVISTI. *Quos nominat intelligitis. Fu-*
*nium opinio Catilinam, & Cn. Piſonem adoleſcen-*
*perditum, coniuraſſe ad cædem ſenatus faciendam*
*e annum quàm hæc dicta ſunt. Cotta & Torqua-*
COSS. *eamq; cædem ideo non eſſe factam, quod*
*usq̃ parati eſſent coniuratis ſignum dediſſet Catili*
*Piſo autem cum hæc dicerentur perierat in Hiſpa*
*miſſus à ſenatu per honorem legationis, ut auus ſu*
*ablegaretur, ubiq; dum iniurias prouincialibus fa-*
*ccíſus erat, ut quidam credebant à Cn. Pompeij*
*ntibus Pompeio non inuito.* AN OBLITVS
TE EX ME CVM PRAETVRAM PE
REMVS, PETISSE, VT TIBI PRI-
VM LOCVM CONCEDEREM? QVOD
M SAEPIVS AGERES, ET IMPV-
NTIVS A ME CONTENDERES, ME
NISTI ME TIBI RESPONDERE IM
DENTER TE FACERE, QVI ID A
PETERES, QVOD AVVNCVLVS
NQVAM IMPETRASSET? *
*imus iam ſupra Syllæ ludis quos hic propter uicto*
*n fecerit quadrigas C. Antonium & alios quoſdã*



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

*nobiles homines agitaſſe, prætereа Antonius redem ptas habebat ab ærario uectigales quadrigas, qua redemptionem ſenatori habere licet per legem. fuit tem notiſſimus in circo quadrigarũ agitator Boculus dicit de malis ciuibus.* QVI POSTEAQVAM ILLO VT CONATI ERANT HISPANIENSI PVGIVNCVLO, NERVOS INCIDERE CIVIVM ROMANORVM NON POTVERVNT, DVAS VNO TEMPORE CONANTVR IN REP. SICAS DISTRINGERE. *Hiſpanienſem pugiunculum Cn. Piſonem appellat, quem in Hiſpania cæſum eſſe dicit. Duas ſicas, Catilinam, & Antonium appellari manifeſtum eſt.* HVNC VOS SCITOTE, LICINIVM GLADIATOREM IAM IMMISSE CVPIDVM CATILINAE IVDICIQVAM Q. VE CVRIVM HOMINEM QVAESTORIVM. *Curius hic notiſſimus fuit aleator, damnatusq; poſtea eſt, in hunc eſt endecaſyllabus Calui elegans, & Talis Curius pereruditus. Huic orationi Ciceronis & Catilina, & Antonius contumelioſe responderant, quod ſolum poterant inuecti in nouitatem eius, feruntur quoq; oratiões nomine illorum editæ, nõ ab ipſis ſcriptæ, ſed ab Ciceronis obtrectatoribus, quas neſcio an ſatius ſit ignorare. Cæterum Cicero COS. omnium conſenſu factus eſt, Antonius paucis centurijs Catilinam ſuperauit, cum ei propter patris nomen paulo ſpecioſior manus ſuffragata eſſet, quàm Catilinæ.*

# COMMENTATIO IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO M. SCAVRO.

## ARGVMENTVM.

Anc quoque orationem eiſdem COSS. dixit, quibus pro Vatinio, L. Domitio Aenobarbo, & Appio Claudio Pulchro. COSS. ſummus iudicij dies fuit ad IIII. non. Septembris. Marcus enim Scaurus, M. Scauri filius, qui princeps ſenatus fuit, Victricum
h
...uit Syllam, quo uictore, & munifico in ſocios ui...iæ ita abſtinens fuit, ut nihil neq; donari ſibi uolue... neq; ab haſta emerit. ædilitatem ſumma magnifi...tia geſſit, adeo ut in eius impẽſas opes ſuas abſum...rit, magnumq; æs alienum contraxerit. Ex prætu... prouinciam Sardiniam obtinuit, in qua neq; ſatis ...inenter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt, & ualde arrogan... quod genus morum in eo paternum uidebatur, ...cætera induſtria nequaquam eſſet par. orauerat ...en aliquando inter patronos cauſarum, ſed poſt...m ex prouincia redierat, dixerat pro C. Cato... ...iſque erat abſolutus ad III. nonas quint. ipſe ...ad conſulatus petitionem ad III. Calen. quint. ...iam rediſſet, querentibus de eo Sardis à P. Va... ...Triario adoleſcente parato ad dicendum &

notæ induſtriæ, filio eius qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat, & poſt in Aſia Pontoq; legatus, L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret, poſtulatus apud M. Catonem praet. repetundarum, ut in actis ſcriptum eſt, pri. non. quint. poſt diem tertium, quam cato erat abſolutus. Subſcripſerunt Triario in Scaurum Q. Marius, L. F. & Q. Pacouij fratres cognomine Claudij, qui inquiſitionem in Sardiniam, itemq; in Corſicam inſulas dies tricenos acceperunt, neq; profecti ſunt ad inquirendum, cuius rei hanc cauſam reddebant, quod interea comitia conſularia futura erant, timere ergo ſe ne Scaurus ea pecunia quam a ſotijs abſtuliſſet emeret conſulatum, & ſicut pater eius feciſſet, antequam de eo iudicari poſſet, magiſtratum iniret, ac rurſus ante alias prouincias ſpoliaret, quam rationem prioris adminiſtrationis redderet Scaurus, ſummam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in Cn. Pompeij magni reponebat, habebat enim filium liberorum Cn. Pompeij fratrem, nam tertiam Scæuolæ filiam dimiſſam à Pompeio in matrimonium duxerat, M. Catonem autem qui id iudicium ut diximus exercebat, metuebat admodum propter amicitiam quæ erat illi cum Triario, nam Flaminia Triarij mater & ipſe Triarius ſororem Catonis ſeruiliam quæ mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat. Ea porro apud Catonem maternam obtinebat authoritatem, ſed in eo iudicio, neq; Pompeius propenſum adiutorium præbuit. Videbantur enim apud animum eius non minus offenſionis contraxiſſe, quod iudicium eius Muciam crimine impudicitiæ ab eo dimiſſam lau-

ſe exiſtimaretur, cum eam ipſe probaſſet, q̄ gratiæ uiſiſſe neceſſitudinis iure, ꝗ ex eadem uterq; libe- haberet. Neq; Cato ab æquitate ea quam & uitã & magiſtratum illum decebat, quoquã deflexit. diem autem quartum quàm poſtulatus erat Scau Fauſtus Sylla tum quæſtor filius Syllæ felicis fra- ex eadem matre Scauri * ſeruus eius uulneratus ſiluit ex lecticis, & quæſtus eſt pro interempto* eſ- ompetitoribus Scauri, & ambulare cum trecentis atis, ſeq; ſi neceſſe eſſet uim ui repulſurũ. Defen- unt Scaurum ſex patroni cum ad id tempus raro q̄ pluribus q̄ quatuor uteretur, ac poſt bella ciuilia legem Iuliam ad duodenos patronos eſt peruen , fuerũt autem hi ſex P. Clodius pulcher, M. Mar s, M. Calidius, M. Cicero, M. Meſſala niger, Q. Hor us, ipſe quoq; Scaurus dixit pro ſe, ac magnopere es mouit, & ſqualore & lachrymis, & ædilita- ffuſa memoria, ac fauore populari, ac præcipue pa æ authoritatis recordatione.

INITIVM EXPOSITIONIS.

CIRCA VER. A PRIMO. XL.

CVM ENVMERARET IVDICIA, AE PATER SCAVRI EXPERTVS T, SVBIT ETIAM POPVLI IVDI M INQVIRENTE CN. DOMITIO I. PL. Cn. Domitius qui COS. fuit cum Caſſio, eſſet tri. ple. iratus Scauro ꝗ eum in augurum col um nõ cooptauerat, diem ei dixit apud populum mulctam irrogauit, ꝗ eius opera ſacra multa Po.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Ro. diminuta eſſe diceret. Crimini dabat ſacra publica Po. Ro. deum penatium, quæ Lauini fuerunt, opera eius minus recte caſteq; fieri, quo crimine abſolutus eſt Scaurus quidem, ſed ita ut à tribus tribubus damnaretur, à XXXVII. abſolueretur, & in eis pauca puncta inter damnationem & abſolutionem intereſſent. Ibidem reus eſt factus à Q. Seruilio Cepione, lege Seruilia cum iudicia penes equeſtrem ordinem eſſent, & P. Rutilio damnato nemo tam innocens uideretur, ut non timeret illa. Q. Seruilius Cepio Scaurum ob legationis Aſiaticæ inuidiam & aduerſus leges pecuniarum captarum, reum fecit repetundarum, lege, quam tulit Seruilius Claudia Gracchia. Scaurus tanta fuit continētia animi, & magnitudine, ut Cepionem contrarium detulerit, & breuiore die inquiſitionis accepta effecerit, ut ille prior cauſam diceret. M. quoq; Druſum tri. pl. cohortatus ſit, ut iudicia commutaret. Ibidem deeodem etiam lege uaria cuſtos ille Reip. proditionis eſt in crimen uocatus. uexatus à Q. Vario tri. ple. eſt non multo ante. Italico bello exorto cum ob ſocijs negatam ciuitatem nobilitas in inuidia eſſet. Q. Varius tri. pl. legem tulit ut quæreretur de his, quorū ope conſilioue ſocij contra P. Ro. arma ſumpſiſſent. Tum Q. Cepio uetus inimicus Scauri ſperans inueniſſe ſe quæſtionem opprimendi eius, egit ut Q. Varius tri. ple. belli concitati crimine adeſſe apud ſe Scaurum iuberet annorum LXXII. Ille per uiatorem accerſitus, cum iam ex morbo male ſolueretur, diſſuadentibus amicis, ne ſe in illa ualitudine & ætate, inuidiæ populi obiceret, innixus nobiliſſimis iuuenibus proceſſit in forum, deinde

pto reſpondendi loco dixit. Q. Varius Hiſpanus Scaurum principem ſenatus, ſocios in arma ait con... ſſe. M. Scaurus princeps ſenatus negat, teſtis ne... eſt, utri uos Quir. conuenit credere? Qua uoce ita ...nium commutauit animos, ut ab ipſo etiam tribuno ...etteretur. Dicit iterum de patre M. Scauri. NON ...IM TANTVM ADMIRATVS SVM ...O ILLVM VIRVM SICVT OMNES, ...D ETIAM PRAECIPVE DILEXI. ...IMVS ENIM ME FLAGRANTEM ...VDIO LAVDIS IN SPEM IMPVLIT ...SSE VIRTVTEM SINE PRAESIDIO ...RTVNAE, QVO CONTENDISSEM ...BORE ET CONSTANTIA PERVE... ...RE. Poſſit aliquis quærere cur hoc dixerit Cice... ...um Scaurus Patricius fuerit, quæ generis claritas ... incertes homines ad ſummos honores prouexit. Ve... Scaurus ita fuit Patricius, ut tribus ſupra eũ ætati... iacuerit domus eius fortuna, nam neq; pater, neq; ...s, neq; etiã proauus (ut puto) pp tenues opes, & nul... ... uitæ induſtriã, honores adepti ſunt, itaq; Scauro ...e ac nouo homini laborãdũ fuit. SI ME HER... ...LE IVDICES PRO L. TVBVLO DI... ...REM, QVEM VNVM ET OMNI ME... ...RIA SCELERATISSIMVM ET AV... ...CISSIMVM FVISSE ACCEPIMVS, ...MEN NON TIMEREM VENENVM ...SPITI, AVT CONVIVAE, SI DICE... TVR, COENANTI AB ILLO DA... ...M, CVI NEQVE HAERES NEQVE

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

TRATVS FVISSET. L. hic Tubulus Prætorius ſuit ætate patrum Ciceronis, is propter multa ſlagitia cum de exilio accerſitus eſſet, ne in carcere necaretur, uenenum bibit.

CIRCA TERTIAM PARTEM A PRIMO. AVDIMVS, HOC VERO MEMINIMVS AC PENE VIDIMVS EIVSDEM STIRPIS ET NOMINIS, P. CRASSVM NE IN MANVS INCIDERET INIMICORVM, SEIPSVM INTEREMISSE, hic Craſſus ſuit pater Craſſi eius q̃ æmulus potentiæ Cn. Pompei ſuit. Perit autem in dominatione L. Cinnæ cum ille & alios principes optimatum & collegā ſuum Cn. Octauium occidit.

STATIM.

AC NEQVE ILLIVS CRASSI FACTVM SVPERIORIS, IISDEM HONORIBVS VSVS QVI FORTISSIMVS IN BELLIS FVISSET. M. AQVILIVS POTVIT IMITARI, hæc uerba qbus Cicero nunc utitur. AC NEQVE, cum uidentur habere naturam ut ſemel poni non ſoleant, quia eſt coniunctio coniunctiua, ſed ſemper poſtulat ut rurſus inferatur, ut neq; cum dicimus, ut neq; hoc, neq; illud, quo autem aſpecto acciderit qua'ue ratione ut hoc loco Cicero hoc uerbum uſus ſit, præſertim cum adiecerit illam appoſitionem ut nomen intulerit poſtea alterum, neq; perſpicere potui & attendendum eſſe ualde puto. Moueor enim merito uiri authoritate, neq; ignoro aliquando hoc uerbum neq; uel ſemel poni, ut in eadem hac oratione

: ipſe Cicero poſuit. Sic inquam ſe iud. res habet,
t hoc à me nouū dſputatur, ſed quæſitum ab alijs
ed hoc loco ut ſine præpoſitione illius uerbi uidea
ı eſſe poſitum et tamen poſuit ſecundū aliquid infer
am cum dixerit neq; hoc à me nouum diſputatur,
rt, ſed quæſitum ab alijs eſt.

PAVLOPOST.

QVID VERO ALTERVM CRASSVM
MPORIBVS EISDEM, NVM AVT
ARISSIMI VIRI IVLII, AVT SVM
INGENIO PRAEDITVS MARCVS
TONIVS POTVIT IMITARI. Hic al
raſſus idem eſt de quo ſupra diximus. Alterum
n eum appellat, quia ante mētionem fecit P. Craſ
i fuit Pontifex Maximus, & bello Ariſtonici in
dedit operam ut occideretur. Iulios autem cum
duos cæſares fratres. C. & L. ſignificat, ex qui
L. & COS. & prætor fuit C. Aedilitius qui
occiſus eſt, ſed tantum in ciuitate potuit, ut cau
lli ciuilis contentio eius cum Sulpitio tribuno fue
nam & ſperabat & id agebat Cæſar, ut omiſ
ætura COS. fieret, cui cum primus tempori
re Sulpitius reſiſteret, poſtea nimia contentio
l ferrum & ad arma proceſſit. Idem inter pri
temporis ſui oratores & tragicus poëta bonus
dum habitus eſt. huius ſunt enim tragœdiæ,
inſcribuntur Iulij, & hi autem Iulij & An
ab Satellitibus Marij ſunt occiſi, cum Craſſus
pra diximus) eundem caſum ſua manu præ
it.

CIRCA MEDIVM.

NEQVE VERO HAEC IPSA QVOT
DIANA RES APPIVM CLAVDIVM I
LA HVMANITATE ET SAPIENTI
PRAEDITVM PER SE IPSA MOVIS
SET, NISI HVNC CLAVDII FRATR
SVI COMPETITOREM FORE PVTA
SET, QVI SIVE PATRICIVS, SIVE PL
BEIVS ESSET, NONDVM ENIM CE
TVM CONSTITVTVM ERAT, CVM I
LO SIBI CONTENTIONEM FORE P
TABAT. *Fuerunt enim duæ familiæ Claudiæ ea
quæ Marcellorum appellata eſt, plebeiaq;, & Pulc
rũ patricia. Sed hoc loco urbane Cicero luſit in Cla
dium, cum quo in gratiam non redierat, nam qu
is P. Clodij erat frater, qui ex patricia in plebei
familiam tranſierat, per ſummam infamiam, ſe qu
dubitare adhuc dixit.*

POST DVAS PARTES ORATIONIS.

DIXIT DEINDE SCAVRO QVE
DEFENDIT. NAM CVM EX MVLT
VNVS EI RESTARET DOLOBELL
PATERNVS INIMICVS, QVI CVM C
CEPIONE PROPINQVO SVO CO
TRA SCAVRVM PATREM SVVM O
SIGNAVERAT STATERAS EAS SI
INIMICITIAS NON SVSCEPTAS, S
RELATAS. *& cætera. ne forte erretis & eu
hunc Cn. Dolobellam putetis eſſe, in quem C. Cæſ
orationes legitis, ſcire uos oportet duos eodem tem
re fuiſſe.*

fuiſſe, & prænomine, & nomine, & cognomine olobellas. horum igitur alterum Dolobellam Cæſar cuſauit, nec damnauit, alterum M. Scaurus & accuſauit, & damnauit.

POST TRES PARTES.

PRIMO QVO LOCO DEFENDIT ·OD TAM MAGNIFICAM DOMVM ·AVRVS HABET, PRAESERTIM CVM ·OPINQVITAS ET CELEBRITAS ·OCI SVSPITIONEM DESIDIAE ·LLAT, AVT CVPIDITATIS. Denſtraſſe uobis memini me hanc domum in ea par- alatij eſſe, quæ cum ab ſacra uia deſcenderis, & proximum uicum, qui eſt ab ſiniſtra parte, prodie poſita eſt. Poſſidet eam nunc longus Cecinna, qui S. fuit cum Claudio. in huius domus atrio fuerũt tuor columnæ marmoreæ inſigni magnitudine, e nunc eſſe in regia theatri Marcelli dicuntur, uſus t is ædilis, ut ipſe quoq; ſignificat in ornatu thea- quod ad tempus per quamampla magnitudine ma m fecerat. HAEC CVM TV EFFVGE- NON POTVISSES, CONTENDES ·MEN ET POSTVLABIS, VT M. AE- LIVS CVM SVA DIGNITATE OMNI ·M PATRIS MEMORIA, CVM AVI ·IORIA, SORDIDISSIMAE, LEVIS ·AE, VANISSIMAE GENTI AC PRO ·DICAM, PELLITIS TESTIBVS ·NDONETVR. Auum nunc Scauri maternũ ficat L. Metellum Pont. Max. quem poſtea quoque

*nominat. nam paternus auus proauusque Sauri humiles, atque obſcuri fuerunt.*

VER. A' NOVIS. CLX.

VNDIQVE MIHI SVPPEDITAT, QVOD PRO M. SCAVRO DICAM, QVOCVNQVE NON MODO MENS, VERVM ETIAM OCVLI INCIDERINT CVRIA ILLA DE GRAVISSIMO PRINCIPATV PATRIS FORTISSIMO'QVE TESTATVR. L. IPSE METELLVS AVVS HVIVS SANCTISSIMOS DEOS ILLO CONSTITVISSE IN TEMPLO VIDETVR IN VESTRO CONSPECTV IVD. VT SALVTEM A' VOBIS NEPOTIS SVI DEPRECARETVR. *Caſtoris & Pollucis templum, Metellus quem nominat refecit, laudarunt Saurum conſulares IX. L. Piſo, M. Vol. Q. Metellus nepos, M. Perpenna, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortenſius, P. Seruilius Iſauricus pr. Cn. Pompeius magnus, horum magna pars per tabellas laudauerunt qui aberant, inter quos Pompeius quoq;, nam quod erat procoſ. extra urbem morabatur. Vnus praeter ea adoleſcens laudauit frater eius Fauſtus Cornelius Syllæ filius. Is in laudatione multa humiliter & cum lachrymis locutus, non minus audientes permouit, quam Saurus ipſe permouerat, ad genua iudicum cum ſententiæ ferrentur. Bifariã ſe diuiſerunt, q pro eo rogabant ab uno latere Saurus ipſe, & M. Glabrio ſororis filius, & Paulus, & P. Lentulus Lentuli nigri Flaminis filius, & L. Aemilius Bucã filius, & c.*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

C. Memmius Fauſta natus ſupplicauerunt. Ex alte-
parte Sylla Fauſtus frater Scauri, & C. Aronius
no, cui Fauſta ante paucos menſes nupſerat dimiſſa
Memio, & T. Peduceus, et C. Cato, & M. Olena ſcor
ius. Sententias tulerunt ſenatores duo & XX equi
tes, & XX. tribuni ærarij XXV. ex quibus da-
nauerunt ſenatores IIII. equites II. tribuni II. Ca-
ræterea cum uellet de accuſatoribus in conſilium
ere, multique è populo manus in accuſatores in-
lerent, ceſſit imperitæ multitudini, ac poſtero die
onſilium de calumnia accuſatorum miſit. C. Tria-
nullam grauem ſententiam habuit. ſubſcriptores
M, & Q. Pacuuij fratres denas, & L. Marius
graues habuerunt. Cato prætor iudicium, quia
te agebatur ſine tunica, exercuit Campeſtri ſub to
inctus, in forum quoque ſic deſcenderat, iusq; di
t, id'que repperent ex uetere conſuetudine, ſe-
dum quam & Romuli ætatis ſtatuæ in capitolio,
in roſtris Camilli fuerunt, togatæ ſine tunicis.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

# COMMENTATIO IN M. TVLLII CICE RONIS ORATIONEM CONTRA L. PISONEM.

## ARGVMENTVM.

*Haec oratio dicta eſt. Cn. Pompeio Magno. II. Marco Craſſo. II. COSS. ante paucos dies q̃ Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrũ à ſe factum dedicauit. hoc intelligi ex ipſius Cic. uerbis poteſt, quae in hac oratione poſuit. dixit enim ſic.* INSTANT POST HOMINVM MEMORIAM APPARATISSIMI, MAGNIFICENTISSIMIQVE LVDI. *Feneſtella quidem poſuit hanc inter eas orationes, quas dixit Cicero L. Domitio, Appio Clau. COSS ultimam. Sed, ut ego ab eo diſſentiam, facit primum, Piſo reuerſus eſt ex prouincia, Põpeio & Craſ. COSS Gabinus Domitio, & Appio. Hanc autem orationem dictam ante Gabinij reditum, ex ipſa manifeſtum eſt. Deinde q magis naturale eſt ut in ipſo recenti reditu inuectus ſit in Cic. reſponderitq; inſectationi eius, qua reuocatus erat ex prouincia, q̃ poſt anni interuallum. Apparet autem Cic. reſpondiſſe Piſoni. In ſumma cum dicat ipſa oratione Cicero inſtare magnificentiſſimos apparatiſſimosq; ludos, nõ uideo quomodo hoc legis Domitio, et Appio COSS. dictum ſit, quibus COS*

nulli

illi notabiliores ludi fuerunt q̃ Pompeio, & Craſſo, |o anno Pópeius exquiſitiſſimis magnificentiſſimisq; |nis generis ludis theatrum dedicauit. Argumentum |ius orationis breue admodum eſt, nam cum reuocati |ſſent ex prouincijs Piſo & Gabinus ſententia Ci|onis, quam dixerat de prouincijs conſularibus Len|o & Philippo COSS. reuerſus in ciuitatem Piſo, de |ectatione Ciceronis in ſenatu conqueſtus eſt, & in |n inuectus, fiducia maxime Cæſaris generi, q tum |llias obtinebat. Piſoni Cicero rñdit hac oratione.

INITIVM EXPOSITIONIS.

CIRCA VER. A' PRIMO.

QVOD MINIMVM SPECIMEN IN |INGENII, INGENII AVTEM IM|O INGENVI HOMINIS, AC LIBE|, QVI COLORE IPSO PATRIAM |PERNARIS, ORATIONE GENVS, |ORIBVS NOMEN, tametſi ſic hæc oratio |ribitur in L. P. tamen non puto uos ignorare |ic Piſonem ex ea familia eſſe, quæ frugi appellata |& ideo dicat aſpernari eum moribus nomen.

CIRCA VER. A' PRIMO. LXXX.

HOC NON AD CONTEMNENDAM |ACENTIAM PERTINET, VNDE |IS ORTVM GLORIARI SOLET, |QVE ENIM HAEC MEA NATVRA |RT, NEC MVNICIPII PRAESER|M DE ME OPTIME MERITI, DI|ITAS PATITVR. Magnopere me hæſitare



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

conſiteor quid ſit quare Cicero Placētiam municipium eſſe dicat. Video enim in annalibus eorum, qui punicum bellum ſecundum ſcripſerunt, tradi Placentiam Coloniam deductam prid. Kalen. Ian. primo anno eius belli Cornelio Scipione patre Africani prioris. T. Sempronio Longo COSS. Neque illud dici poteſt, ſic eam Coloniam eſſe deductam, quemadmodum poſt plures ætates Cn. Pompeius, Strabo pater Cn. Pōpei magni tranſpadanas colonias deduxerat. Pompeius enim non nouis colonis eas conſtituit, ſed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latij, ut poſſent habere ius quod cæteræ Latinæ Coloniæ. i. ut petendi magiſtratus ciuitatem Romanam adipiſcerentur. Placentiam autem ſex millia hominum noui coloni deducti ſunt, in quibus equites deducendi fuit cauſa, ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiæ tenebant. Deduxerunt triumuiri. P. Cornelius Aſina, P. Papirius Maſo, Gn. Pompeius ſiue Cn. Cornelius Scipio, eamq; Coloniam. LIII. deductam eſſe inuenimus. Deducta eſt autem Latina, duo porrò genera earum coloniarum quæ à Po. Ro. deductæ ſunt, fuerunt. * Itaq; aliæ latinorum eſſent. * De ſe autem optime meritos Placentinos ait q illi quoq; honoratiſſima decreta erga Ciceronem fecerunt, certauerantq; in ea re cum tota Italia, cum de reditu eius actum eſt. *

PAVLO POST.

De auo Piſonis Paterno, HIC CVM AD OM PLACENTIAE FORET CONSEDIT ET PAVCI * IN EAM CIVITATEM NAM TVM ERAT * ASCENDIT PRIVS

ENIM

NIM GALLVS DEI GALLICA*EX=
REMVS PLACENTINVS HABERI
ST.*hoc quoq; dicit ciuitatem fuiſſe. ab eadem per=
aſione ponit Placentiam municipium fuiſſe. Auum
item Piſonis primo Gallum fuiſſe, ideo ait ꝙ ueniſſe
m in Italiam dicit trans alpes ꝙ in Italia conſede
;, Placentiæ poſtquam aſſitus ſit, à placenti*auus mul
poſt ea tempora fuit, quibus Placentia Colonia de-
'cta eſt.

CIRCA VER. A' PRIMO.*
LAVTIOREM*PATER TVVS SOCE=
M QVA'M C. PISO IN ILLO LV=
ΓV NON EI FILIAM MEAM COL-
OCAVI, QVEM EGO*POTESTAS CVM
MNIVM FVISSET VNVM POTISSI
VM DELEGISSEM. Quis fuerit ſocer Piſo
pater ipſe ſupra dixit his uerbis. INSVBER
IDAM FVIT, IDEST MERCATOR,
Γ PRAECO. IS CVM ROMAM CVM
LIO VENISSET, ADOLESCENTEM
OBILEM CAESONIVM HOMINIS
RACISSIMI FILIVM AVSVS EST
PPELLARE, filiam collocauit, Caluentium aiũt
m appellatum ſæpius Piſonis, contra quem hæc ora
eſt, ſocerum Rutilium Atilium nudum Feneſtella
dit. Cicero filiam poſt mortem Piſonis generi P. Lẽ
collocauit, apud quem illa ex partu deceſſit.

CIRCA VER. A' PRIMO CCLXX.
EGO IN C. RABIRIO PERDVELLIO
IS REO. XL. ANNIS ANTE ME COS.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

INTERPOSITAM SENATVS AVTHORITATEM SVSTINVI CONTRA INVIDIAM, ATQVE DEFENDI. Poſſit aliqs credere × Ciceronem qui dicat. XL. annis factum eſſe ut ex S.C. aduerſus, L. Appuleium Saturninum tribunum plebis numerentur. C. enim Mario, Cn. * COSS * ſed hic non ſubtilis computatio annorum facta eſt, uerum ſummatim tempus comprehenſum eſt, ut proinde accipere, ac ſi uixerit propè XL. annis hæc conſuetudo in ipſius, * itaq; idem Cicero in ea quoq;, quam habuit in Catilinam in ſenatu ait. OCTAVVS DECIMVS DIES EST POSTEAQVAM FACTVM S. C. VT VIDERENT COSS. NE QVID RESP. DETRIMENTI CAPERET. Dixit uigeſimum diem habere S. C. tanquam. *

CIRCA VER. A' PRIMO. CCC.

EGO CVM IN CONCIONE ABIENS MAGISTRATV A' TRI. PLE. DICERE PROHIBERER, EA QVAE CONSTITVERAM, CVM IS MIHI TANTVMMODO IVRARE PERMITTERET, SINE VLLA DVBITATIONE IVRAVI, REMPVBLICAM, ATQVE HANC VRBEM MEA VNIVS OPERA ESSE SALVAM. Diximus iam antea à Q. Metello nepote tri. ple. Ciceronem conſulatu abeuntem prohibitum eſſe concionari de rebus, quas in eo magiſtratu geſſit.

CIRCA VER. A' PRIMO. CCCXX.

Dicit de ludis compitalicijs, quos Q. Metellus fieri uetuit. FACIO INIVRIAM FORTISSIMO

VIRO

RO MORTVO: QVI ILLVM, CVIVS
VCOS PARES HAEC CIVITAS TV
IT: CVM HAC IMPORTVNA BELVA
NFERAM, SED ILLE DESIGNATVS
S. CVM QVIDAM TRI. PLE. SVO AV
LIO MAGNOS LVDOS CONTRA
FACERE IVSSISSET: PRIVATVS
RI VETVIT. ATQVE ID, QVOD
N DVM POTESTATE POTERAT,
TINVIT AVTHORITATE. TV CVM
EN. IAN. COMPITALICIORVM DI
NCIDISSENT, SEX. CLODIVM, QVI
NQVAM ANTEA PRAETEXTATVS
ISSET: LVDOS FACERE, ET PRAE-
XTATVM VOLITARE PASSVS ES.

*lio C. Mario COSS. quos et ipſe Cicero ſupra mo
uit S. C. collegia ſublata ſunt, quæ aduerſus rep.
bantur eſſe ea. ſolebant autem magiſtri collegio-
ludos facere, ſicut magiſtri uicorum faciebant, có
icios prætextati, qui ludi ſublatis collegijs diſcuſſi
Poſt nouem deinde annos quã ſublata erant. P.
ius tri. plc. lege lata reſtituit collegia. Inuidiã ergo
rimen reſtitutorũ confert in Piſonem, q cũ COS.
paſſus ſit antẽq lex ferretur, facere prætextatum
, Sex. Clodium. Is fuit familiariſſimus Clodij, &
rum clodianarum dux, quo authore poſtea illa-
his corpore Clodij curia cum eo incenſa eſt, quos
tũc quoq; fieri prohibere tentauit L. Munius tri
plc. ante biennium autem antẽq reſtituerentur
ia. Q. Metellus Celer COS. deſignatus, magiſter*

Iudorum ludos compitalicios fieri prohibuerat (ut Cicero tradit) quauis authore tri. ple. fierent ludi, cuius tribuni nomen adhuc non inueni.

PAVLO POST.

ERGO HIS FVNDAMENTIS POSITIS CONSVLATVS TVI, TRIDVO POST INSPECTANTE ET TACENTE TE, A FATALI PORTENTO, PRODIGIO'QVE REIP. LEX ELIA ET FVSIA EVERSA EST, PROPVGNACVLA MVRI'QVE TRANQVILLITATIS, ATQVE OTII: COLLEGIA, NON EA SOLVM QVAE SENATVS TVLERAT: RESTITVTA: SED INNVMERABILIA QVAEDAM EX OMNI FECE VRBIS AC SERVITIO CONCITATA. AB EODEM HOMINE IN STVPRIS INAVDITIS, NEFARIIS'QVE VERSATO, VETVS ILLA MAGISTRA PVDORIS ET MODESTIAE CENSORIA SEVERITAS SVBLATA EST: *Diximus L. Piſone, et Gabinio coſ. P. Clodium tri. ple. quatuor leges pernicioſas por... liſſe, Annonianam de qua Cicero hoc loco mentionem non facit, fuit enim ſumme popularis ut frumentum populo, quod antea ſenis æris ac triẽtibus in ſingulos dies dabatur, gratis daretur. Alteram ne quis per dies quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſeruaret propter quam rogationem ait legem Fuſiam & Eliam propugnacula & muros tranquillitatis atque otii euerſa eſſe, obnunciatio enim qua pernicioſis leg*

ſ reſiſtebatur, quam Elia lex confirmauerat, erat
ılata. Tertiam de collegijs reſtituendis nouiſque
ituendis, quam ait ex ſeruitiorum fece conſtitu-
ı. Quartam ne quem cenſores in ſenatu legendo
eterirent, ne'ue qua ignominia afficerent, niſi qui
d eos accuſatus, & utriuſque cenſoris ſententia da
tus eſſet, hac ergo eius lege cenſuram, quæ magi-
| pudoris & modeſtiæ eſt, ſublatam addit.

PAVLO POST.

ERSEQVERE CONNEXOS HIS
NERIBVS DIES. PRO AVRELIO
IBVNALI NE CONNIVENTE QVI
M TE, QVOD IPSVM ESSET SCE=
IS: SED ETIAM HILARIORIBVS
VLIS, QVAM SOLITVS ERAS, IN=
ENTE, DELECTVS SERVORVM
IBEBATVR AB EO: QVI NIHIL SI
VNQVAM NEC FACERE, NEC PA=
TVRPE DVXIT: Profecto intelligitur. P.
lium ſignificari.

CIRCA VER. A PRIMO.
it de Caſtoris templo, ID AVTEM TEM=
VM SVBLATO ADITV, REVVLSIS
ADIBVS, A CONIVRATORVM RE
QVIIS, ATQVE A CATILINAE
EVARICATORE QVONDAM TVM
TORE, ARMIS TENERETVR. Catili
lege repetundarum abſolutum eſſe, accuſante P.
io, iam dictum eſt.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

STATIM.

CVM EQVITES RO. RELEGARENTVR: VIRI BONI LAPIDIBVS E FORO PELLERENTVR: *T. Clamiam à Gabinio COS. edicto relegatum eſſe iam diximus.*

CIRCA VER. PRIMVM. DCXX.

SELAPSIA MEHERCVLE, VT DICI AVDIEBAM: TE VT PRIMVM ASPEXIT: CAMPANVM COS. REPVDIAVIT. *dictum eſt in diſſuaſione legis Agrariæ apud populum plateam eſſe Capuæ, quæ Selapſia appellatur, in qua unguentarij negotiari ſint ſoliti. Ergo eos quoque qui in ea platea negotiarentur, dicit inuitos Piſonem uidiſſe, cum Capuam COS. uenit, quod eos, à quibus ille expulſus erat, adiuuiſſet.*

CIRCA VER. A PRIMO. DCXL.

ET QVOD IN HAC VRBE MAIVS VNQVAM INCENDIVM FVIT? CVI NON COS. SVBVENERIT? AT TV ILLO IPSO TEMPORE APVD SOCRVM TVAM, CVI DOMVM MEAM EXHAVRIENDAM PATEFECERAS: SEDEBAS. *Poſt profectionem ex urbe Ciceronis bona eius P. Clodius publicauit, poſtea direpta ſunt omnia, quæ aut in domo, aut in uillis fuerunt, & ex eis ad ipſos conſules complura. domus direpta primum, deinde inflammata, ac diruta eſt. Socrus Piſonis quæ fuerit inuenire non potui, uidelicet quod authores rerum non perinde in domibus ac familijs fœminarum niſi illuſtrium, ac uirorum nomina tradiderunt.*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

PAVLOPOST.

AT NE TVM QVIDEM EMERSISTI
ITVLENTE CAESO E MISERRIMIS
ITVRAE SORDIBVS: CVM EXPER-
TANDEM VIRTVS CELERITER
VERVM AMICVM, ET OPTIME
IRITVM CIVEM, ET SVVM PRISTI
IM MOREM REQVISIVIT: *Profecto Pompeium ſignificari intelligit.*

CIRCA VER. A PRIMO. DCCC.

E ME CVM OMNES MAGISTRA-
IS PROMVLGASSENT PRAETER
VM PRAETOREM A QVO NON
IT POSTVLANDVM, FRATREM
MICI MEI, PRAETERQVE DVOS
LAPIDE EMPTOS TRIBVNOS, LE
M COMITIIS CENTVRIATIS TV
T P. LENTVLVS COS. *fratrem inimici P.Clodij Ap.Claudius ſicut iam ſæpe ſignificabi- fuit frater, duos tribunos de quibus ipſis ſæpe iam nus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id bant, Sex.Statilium Serranum, & Q. Numeri- ignificat.*

CIRCA MEDIVM.

PPELLATVS EST HIC VETERIS
LIVS PROVINCIAE SI DIS PLA
IMP. NE TVM QVIDEM PAVLE
ISTER TABELLAS CVM LAVREA
MAM MITTERE AVDEBAS. *Confi- s intelligere L.Paulum hunc ſignificari qui fuit*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

*pater naturalis Africani poſterioris, de Macedonia atq; ultimum eius de rege triumphauit. Macedoniā autem Piſo, in quem hæc oratio eſt, obtinuit, propter quod Paulum eum appellat, irridens eum quod ibi ſe non proſpere geſſit.*

CIRCA MEDIVM.

MARCELLVS, QVI TER CONSVL FVIT: SVMMA VIRTVTE, PIETATE, GLORIA MILITARI, PERIIT IN MARI. QVI TAMEN OB VIRTVTEM, GLORIA & LAVDE VIVIT. *Fortaſſe quæratis quem dicat Marcellum. fuit autem nepos M. Marcelli eius, qui bello punico ſecundo Syracuſas uicit, et. V. Conſulatus adeptus eſt. Hic autem Marcellus de quo Cicero dicit, naufragio ad ipſam Africam periit, paulo ante cœptum bellum punicum tertium. Idem cum ſtatuas ſibi ac patri, itemq; auo poneret, in monumentis aui ſui ad honoris et uirtutis decorē ſubſcripſit. hi Marcelli nouies COS. auus quinquies pater ſemel. itaq; neq; mentitus eſt, & apud imperitiores patris ſui ſplendorem auxit.*

CIRCA VER. A NOVIS. DCCC.

ME CONSEQVENTIBVS DIEBVS IN EA IPSA DOMO, QVA TV ME EXPVLERAS: QVAM INCENDERAS. PONTIFICES, COSS. PRAET. COLLOCARVNT: MIHIQVE, QVOD ANTE ME NEMINI, PECVNIA PVBLICA AEDIFICANDAM DOMVM CENSVERVNT. *Hæc Cicero oratorio more nō hiſtorico uidetur poſuiſſe, nam multis ætatibus ante Ciceronem nulli id con-*

uerum eſt nemini uero unquam antea, uideamus
arum caute dicamus. Antiquis enim temporibus
ibus idem contigit. Nam Valerio Maximo (ut An
tradidit) inter alios honores domus quoq; publice
icata eſt in palatio. cuius exitus quo magis inſi-
eſſet, & in publicum uerſus declinaretur, hoc eſt
a priuatum aperiretur. Varronem autem trade-
i. Valerio quia ſæpius uicerat ædes in palatio tri
, L. Higinius dicit in libro priore de uiris claris,
lerio Volcſi filio publicolæ ædium repul* cũ ſub
ubi nunc ædis uictoriæ eſt populum ex lege quã
ulerat conceſſiſſe tradunt. & Antiochi regis filio
i domum publice ædificatam, inter quos Atticus
mali* quæ poſtea dicitur Lucij poëtæ fuiſſe. Var-
toq; in libro III. de uita Po. Ro. quo loco refert
n gratus fuerit erga benemeritos, dicit Murrinæ,
Sicilia cum equitatu ſuo tranſierat ad nos, ciuitas
Romæ datam, ædesq; & pecuniam ex ærario.
amus tamen num ideo Cicero dicat ſibi qđ antea
domum pecunia publica ex ærario ædificatam,
lis aut locus publice datus ſit, aut domus quæ non
it eorũ, q̃ propter illos publico ſumptu ædificatæ.
onis domus quæ fuerat ipſius & diruta atq; in-
erat et conſecrata, publico ſumptu ædificata ſit,
nouũ & huic primo aut adhuc etiã ſoli cõtigit.

IRCA VER. A NOVIS. DCCCXX.

STVLTOS CAMILLOS, CVRIOS,
RICIOS, CALATINOS, SCI-
NES, MARCELLOS, MAXI-
: AMENTEM PAVLVM, RVSTI-

CVM MARIVM, NVLLIVS CONSILII PATRES HORVM CONSVLVM QVI TRIVMPHARVNT. *Diximus hanc orationem eſſe dictam Cn. Pompeio Magno. II. M. Craſſo. II. COSS. Pompei pater bello Italico de Picentibus. M. Craſſi pater. P. Craſſus ante bellum Italicum de Hiſpanis triumphauit.*

CIRCA VER. A' NOVIS. DCLX.

EADEM CVPIDITATE VIR SVMMO INGENIO PRAEDITVS C. COTTA NVLLO CERTO HOSTE FLAGRAVIT, EORVM NEVTER TRIVMPHAVIT, QVOD ALTERI ILLVM HONOREM COLLEGA, ALTERI MORS ADEMIT. *Credo uos quærere & quis hic Cotta, & quis ille collega Craſſi fuerit, fuit autem C. Cotta orator ille compar P. Sulpitij, qui eſt in dialogis Cic. de Oratore ſcriptis, cum decretus illi eſſet triumphus, mortuus eſt ante diem triumphi, cum cicatrix uulneris eius, quod ante plures annos in prælio acceperat, reſciſſa eſſet. Repente autem Craſſo collega fuit. Q. Scæuola Pontifex, qui cum animaduerteret Craſſo propter ſummam eius in Rep. potentiam ac dignitatem, ſenatum in decernendo triũpho gratificari, nõ dubitauit Reip. magis quàm collegæ habere rationem, ac ne fieret S. C. interceſſit. Sed idem prouinciam, cuius cupiditate plerique etiam boni uiri delinquebant, depoſuerat, ne ſumptui eſſet oratio.*

STATIM.

IRRISA EST A' TE PAVLO ANTE M. PISONIS

S CVPIDITAS TRIVMPHANDI:
QVA TE LONGE DIXISTI ABHOR
RE. QVI ETIAM SI MINVS MA=
IVM BELLVM GESSERAT: VT ABS
DICTVM EST: TAMEN ISTVM
NOREM OBMITTENDVM NON
ITAVIT. TV ERVDITIOR QVÀM
O, *Quis hic M. Piſo fuerit credo nos ignora=*
*fuit autem (ut puto iam nos dixiſſe) P. Piſo eiſdem*
*poribus quibus Cicero, ſed tanto ætate maior, ut*
*leſcentulum Ciceronem pater ad eum deduceret,*
*l in eo etiam antiquæ uitæ ſimilitudo & multæ*
*u literæ. orator quoque melior quàm frequentior*
*itus eſt, biennio tamen ſerior quàm Cicero* COS.
*triumphauit proconſ. de Hiſpania. Q. Horten-*
*Q. Metello Cretico* COSS. *ante Ciceronis conſu-*
*n.* INSTANT POST HOMINVM
MORIAM APPARATISSIMI, MA-
IFICENTISSIMIQVE LVDI: QVA
S NON MODO VNQVAM FVE-
NT: SED NE QVOMODO QVIDEM
RI POSTHAC POSSINT, POSSVM
LO MODO SVSPICARI. *Cn. Pompeij lu*
*ignificat, quibus theatrum à ſe factum dedicat-*
*uibus ludis elephantorum pugnam primus omni=*
*ledit in circo.*

CIRCA VER. À NOVIS. DLX.

ST QVIDEM GRAECVS, QVI CVM
O VIVIT: HOMO, VERE VT DI-
M: SIC ENIM COGNOVI: HVMA



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

NVS: SED TAM DIV, QVAM DIV CVM ALIIS EST, AVT IPSE SECVM. *Filodemum ſignificat, qui fuit Epicureus illa ætate nobiliſſimus, cuius & poëmata ſunt laſciua.*

CIRCA VER. A NOVIS. CCCXX.

QVANQVAM QVOD AD ME ATTINET, NVNQVAM ISTAM IMMINVAM CVRAM INFICIANDO. *tibi propè notius eſt, quàm ut indicandum ſit hũc uerſum eſſe* L. Accij *poëtæ, & dici à Thieſte in Atreo.*

CIRCA VER. A NOVIS. CC.

QVOD POPVLARI ILLI SACERDOTI SEXCENTOS AD BESTIAS SOCIOS, STIPENDIARIOS'QVE MISISTI. *Manifeſtum eſt P. Clodium ſignificari.*

CIRCA VER. A NOVIS. CXX.

ECQVID VIDES? ECQVID SENTIS? LEGE IVDICIARIA LATA QVOD POST HAC SVMVS HABITVRI. *Legem iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accuſatus eſt Verres à Cicerone, tulit Aurelius Cotta prætor, qua communicata ſunt iudicia ſenatui & equitibus Romanis & tribunis ærarijs. rurſus deinde Pompeius in conſulatu ſecundo quo hæc oratio dicta eſt, promulgauit, ut ampliſſimo ex cenſu ex centurijs aliter quàm antea lecti iudices æque tamen ex illis tribus ordinibus res iudicarent.*

CIRCA

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

CIRCA VER. A NOVIS. XC.

OPIMIVS EIECTVS PATRIA
, QVI ET POST PRAETVRAM ET
S. MAXIMIS PERICVLIS REM=
BLICAM LIBERARAT: NON IN
M CVI FACTA INIVRIA EST,
IN EIS QVI FECERVNT, SCE-
LIS ET CONSCIENTIAE POE-
REMANSIT. *Notum eſt Opimium in præ-
Fregellas cœpiſſe, quo pacto uiſus eſt cæteros quo-
nominis latini ſocios male animatos repreſſiſſe,
emque in conſulatu Fuluium Flaccum conſula-
& C. Gracchum Tribunitium oppreſſiſſe, ob
inuidiam poſtea iudicio circumuentus eſt, & in
um actus.*



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

# COMMENTATIO IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM PRO MILONE.

## ARGVMENTVM.

h

Anc dixit Cn. Pompeio III. COS. ad VI. idus April. quod iudicium cum ageretur exercitum in foro & omnibus in templis quæ circum forum ſunt collocatum, à Cn. Pompeio fuiſſe non tantum ex ea oratione & & annalibus, ſed etiam ex libro apparet, qui Ciceronis nomine inſcribitur de optimo genere oratorum. Annius Milo, & P. Plautius Hipſeus, & Q. Metellus Scipio conſulatum petierunt, non ſolum largitione palàm profuſa, ſed etiam factionibus armatorum ſuccincti. Miloni, & Clodio ſummæ erant inimicitiæ, quod & Milo Ciceronis erat amiciſſimus, in reducendoq; eo enixe operam Reip. dederat. & P. Clodius reſtituto Ciceroni erat infeſtiſſimus, ideoq; ſumme ſtudebat Hipſeo, & Scipioni contra Milonem, & ſæpe inter ſe Milo, & Clodius cum ſuis factionibus ſummæ depugnauerant, & erat uterq; audacia par, ſed Milo pro melioribus partibus ſtabat. Præterea in eundem annum conſulatum Milo, Clodius præturam petebat, quam debilem futuram COS. Milone intelligebat. Deinde cum diu tracta eſſent comitia conſularia

perficiq;

ficiq; ob eas ipſas perditas candidatorum conten-
es non poſſent, & ob id menſe Ianuario nulli dũ
s conſules, neque prætores eſſent, traherenturq; dies
em quo antea modo, dum Milo quamprimum comi
confici uellet, conficeretq; cum bonorum ſtudijs
d obſiſtebat Clodio, tum etiam populo, propter ef=
; largitiones impenſas quoq; ludorum ſcenicorum
ladiatorij muneris maximas, in quas tria patri-
ia effudiſſe eum Cicero ſignificat, competitores eius
ere uellẽt, ideoq; Pompeius gener Scipionis, & L.
natius tribunus plebis referri ad ſenatum de pa=
js conuocandis, qui interregem proderent, nõ eſſent
, cum interregem prodere moris eſſet ad III. Ca
Februa. (acta & enim magis ſequenda & ipſam
ionem, quæ actis congruit puto, quam Feneſtellam,
ad IIII. Calen. Februa. tradit) Milo Lanuuium,
uo erat municipio, & ibi tum dictator profectus
d Flaminem prodẽdum. Poſtera die occurrit ei cir
oram nonam Clodius paulo ultra bouillas, rediẽs
Aricia prope eum locum in quo Bonæ deæ ſacel-
eſt. Erat autem allocutus Decuriones aricinorum.
ebatur Clodius equo. ſerui XXX. fere expediti (ut
empore mos erat iter facientibus) gladijs cincti ſe-
antur. erãt cũ Clodio præterea tres comites eius,
bus eques Ro. unus. C. Caſſinius ſchola, duo de ple
oui homines. P. Pomponius. Milo rheda uehebatur
uxore Fauſta filia L. Syllæ dictatoris, & M. Fu=
imiliari ſuo, ſequebatur eos magnum ſeruorum
en, inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus
noti Euclamus, et Birria, ij in ultimo agmine tar

dius euntes, cum ſeruis. P. Clodij rixam commiſerunt,
ad quē tumultum cum reſpexiſſet Clodius minitabun-
dus, humerū eius Birria rumphea traiecit, inde cum
orta eſſet pugna, plures Miloniani accurrerunt. Clodi-
us uulneratus in tabernam proximam Bouillano de-
latus eſt. Milo ut cognouit uulneratum Clodium cum
ſibi periculoſius illud etiam uiuo eo futurum intellige-
ret, occiſo autem magnum ſolatium eſſet habiturus, eti-
am ſi ſubeunda eſſet pœna exturbari tabernā iuſſit.
Fuit antesignanus ſeruorum eius. M. Fuſtenus, atque
ita Clodius latens extractus eſt. multisq; uulneribus
confectus. cadauer eius in uia relictum, q̄a ſerui Clo-
dij, aut occiſi erant, aut grauiter ſaucij latebant. Sex.
Tedius ſenator, q̄ forte ex rure in urbē reuertebatur,
ſuſtulit, & lectica ſua Romam ferri iuſſit, ipſe rurſus
eodē unde uenerat regreſſum recepit. p̄latum eſt cor-
pus Clodij ante primā noctis horā, infimæq; plebis et
ſeruorum maxima multitudo magno luctu corpus in
atrio domus poſitum circumſtetit. Augebat autem facti
inuidiam uxor Clodij Fuluia, quæ cum effuſa lamenta-
tione uulnera eius oſtendebat. Maior poſtera die luce
prima multitudo eiuſdē generis confluxit, compluresq;
noti homines eliſi ſunt, inter quos. C. Vibienus ſenator
erat. Domus Clodij ante paucos menſes empta de M.
Scauro in palatio. eodē Munatius Plācus frater. L. Plan-
ci oratoris, et Q. Pōpeius Rufus Syllæ dictatoris ex fi-
lia nepos tri. ple. accurrerūt, eisq; obſtantibus uulgo
imperitum corpus nudū calcatum ſicut in lecto erat
poſitum, ut uulnera uideri poſſent, in forum detulit, et
in roſtris poſuit, ibi pro concione Plancus & Pōpeius

qui

i competitoribus Milonis ſtudebant, inuidiam Milo-
fecerunt. populus duce Sex. Clodio ſcriba corpus. P.
odij in curiã intulit, cremauitq; ſubſellijs & tribu
libus et menſis et codicibus librariorũ, quo igne &
ã quoq; curia flagrauit. et item Portia baſilica quæ
it ei iuncta, ambuſta eſt, domus quoq;. M. Lepidi in-
regis. is enim magiſtratus curulis erat creatus, &
ſentis Milonis ædẽ illa clodiana multitudo oppugna
l. Deinde ſagittis repulſa eſt. tum faſces ex lecto libiti
ceratos attulit ad domũ Scipionis et Hipſei. deinde
hortos. Cn. Põpei clamitans eum modo COS. modo
ſtatorem. incendium curiæ maiorem aliquanto indi
tionem ciuitatis mouerat, q̃ interfectio Clodij. Itaq;
ilo, quem opinio fuerat iuiſſe in uoluntarium exiliũ
idia aduerſariorũ recreatus, nocte ea redierat Ro
ĩ, qua incenſa erat curia, petebatq; nihilo deterius
nſulatũ, a pte quoq; tributim in ſingulos millia aſſiũ
derat contionẽ, et poſt aliquot dies dedit. M. Celius
i. pl. acri ipſe etiam cauſam etiam ad populum. di-
bant utriq; Miloni à Clodio factas eſſe inſidias. fie-
int interea alij ex alijs interreges, qui comitia conſu
ria propter eorũ candidatorũ tumultus & eaſdem
nus armatas habere non poterant. itaq; primo fa-
um erat. S. C. ut interrex & tri. pl. & Cn. Pompe-
q̃ procoſ. ad urbẽ erat, uiderent ne quid detrimen
Reſp. caperet, delectus autem Põpeius tota Italia ha
ret, qui cum ſumma celeritate præſidium comparaſ-
. poſtulauerunt apud eum familiam Milonis, item
uſtæ uxoris eius exhibẽdam. duo adoleſcentuli qui
ppij Claudij ambo appellabantur, q̃ erant. C. Clau-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dij filij, qui frater fuerat Clodij, & ob id illi patrui ſui mortem uelut authore fratre pſequebantur. eaſdẽ Fauſtæ, & Milonis familias poſtulauerũt duo Valerij nepotes, & Leo, et L. Herẽnius Balbus. P. Clodij quoq; familiã, & comitum eius poſtulauit. eodẽ tempore Cæcilius familiam Hipſei, & Q. Pompeij poſtulauit.

Affuerunt Miloni Q. Hortẽſius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Callidius, M. Cato. Fauſtus Sylla. uerba pauca Q. Hortenſius dixit, quæ ſunt liberos eſſe eos qui pro ſeruis poſtularentur, nam poſt recentem cædẽ manumiſerat eos Milo ſub hoc titulo quod caput ſuũ ulti eſſent. Hæc agebantur menſe intercalari poſt diẽ trigeſimum fere q̃ erat Clodius occiſus. Q. Metellus Scipio in ſenatu contra. M. Cepionem conqueſtus eſt, ac de cæde. P. Clodij, falſum eſſe dixit ꝙ Milo ſic ſe defenderet, & Clodium uicanos decuriones alloquẽdi gratia abiſſe profectum cum ſex ac XX. ſeruis. Milonem ſubito poſt horam quartam ſenatu miſſo cum ſeruis amplius CCC. armatis obuiam ei contendiſſe, & ſupra bouillas inopinantem itinere aggreſſum, ibi P. Clodiũ tribus uulneribus acceptis bouillas perlatum, tabernam in quam profugerat expugnatam à Milone, ſemianimem Clodium extractum, in uia appia occiſum eſſe, annulumq; eius ei morienti extractum, deinde Milonem cum ſciret in Albano paruulũ filium Clodij ueniſſe ad uillam, & cum puer ante ſubtractus eſſet ex ſeruo Halicore, quæſtionem ita habuiſſe, ut eum articulatim conſecarent, uillicum & duos præterea ſeruos iugulaſſe, ex ſeruis Clodij qui dominum defenderint undecim eſſe interfectos. Miloni duos ſolos ſaucios factos

eſſe, ob

ob quæ Milonem poſtero die XII. ſeruos, qui ma
e operam nauaſſent, manumiſiſſe, populoq; tributi
ula millia æris ad defendendos de ſe rumores de-
.Milo miſiſſe ad Cn. Pompeiũ dicebatur, q Hipſeo
me ſtudebat, q fuerat eius quæſtor deſiſtere ſe pe
ne conſulatus, ſi ita ei uideretur. Pompeium reſpon
nemini ſe neq; petendi, neq; deſiſtendi authorem
neq; Po. Ro. poteſtatem aut conſilium, aut ſententi-
interpellaturum, deinde C. Lucillium, qui propter
iceronis familiaritatem amicus erat Miloni, egiſſe
 dicebatur ne ſe de hac re conſulẽdo inuidia one
t. Inter hæc cum crebreſceret rumor Cn. Pompe=
creari dictatorem, neq; oportune aliter mala ci-
tis ſedari poſſe, uiſum eſt optimatibus tutius eſſe cũ
ulem ſine collega creari, & cum tractata ea res
in ſenatu, facto in M. Bibuli ſententiam S. C. Pom
s ab interrege Seruio Sulpitio V. Calen. Mar. men
tercalario, COS. creatus eſt, ſtatimq; conſulatum
, deinde poſt diem tertium de legibus nouis feren
retulit. duas ex S.C. promulgauit. alterã de ui qua
unatim cædem in Appia uia factam & incendi-
curiæ & domum M. Lepidi interregis oppugna-
comprehendit, alteram de ambitu pœnam gra=
em & formam iudiciorum breuiorem. Vtraq; .n.
prius teſtes dare, deinde uno die, atq; eodem &
accuſatore, & ab reo perorari iubebat, ita ut duæ
e accuſatori, tres reo darentur. His legibus obſiſte=
. Celius tri. ple. ſtudioſiſſimus Milonis conatus eſt,
r priuilegium diceret in Milonem ferri, & iudi
præcipitari, & cum pertinacius legem Celius u-

ſuperaret eò proceſſit iræ Pompeius, ut diceret, ſi coa-
ctus eſſet armis ſe. R. P. defenſurum, timebat autem Pō-
peius Milonem, ſeu timere ſe ſimulabat, pleruncq; non
domi ſuæ, ſed in hortis manebat, idq; ipſe ipſum in
ſuperioribus circa quos etiam magnanimus multum
excuſabat. Senatum quoq; ſemel repetundus erat Pō-
peius ꝙ diceret timere ſe aduentum Milonis. Dein pro
ximo ſenatu. P. Cornificius ferrum Milonem intra tu-
nicam habere ad femur alligatum dixerat. Poſtulaue
rat ut femur uideret, & ille ſine mora tunicam leua-
rat. Tum M. Cicero exclamauerat omnia illi ſimilia
crimina eſſe, quæ in Milonem dicerentur. Alia deinde
Munatius Plancus tribunus plebis produxerat in con
cionem. M. Aemilium Philemonem notum hominem li
bertum. M. Lepidi ſe dicebat, pariterq; ſecuta quatuor
liberos homines iter facientes inſuper ueniſſe, cum Clo
dius occideretur, & ob id cum proclamaſſent, abre-
ptos & productos per duos menſes in uillam Milonis
præcluſos fuiſſe, eaq; res ſeu uera ſeu falſa magnā inui
diam Miloni contraxerat. Idemq; Munatius & Pom
peius tri ple. in roſtra produxerant triumuirum ca
pitalem, eumq; interrogauerant an Galatam Milonis
ſeruum cædes facientem deprehēdiſſet, ille dormientem
in taberna pro fugitiuo deprehenſum, & ad ſe perdu
ctum eſſe reſponderat, denunciauerant tantum trium
uiro ne ſeruū remitteret. Sed poſtera die Cecilius tri
ple. & Manilius Camanus collega eius ereptum è do
mo triumuiri ſeruum Miloni reddiderunt. & ſi nul
lam de his criminibus mentionem fecit Cicero, tamen
quia ita compereram putaui exponenda, inter prima

ꝛ Q. Pópeius, & C. Salluſtius, & T. Munatius Plan
us tri. pl. inimicíſſimas cócioes de Milone habebant,
nuidiam etiam de Cicerone, ꝙ Milonem tanto ſtudio
efenderet, atq; maxima pars multitudinis populi in=
nſa non ſolum Miloni, ſed etiam propter inuiſum Ci
roni patrocinium. Poſtea Pompeius et Salluſtius in
ſpicione fuerunt in gratiã rediſſe cum Milone, ac Ci
rone. Plancus autem infeſtiſſime perſtitit, atq; in Ci-
ronem quoq; multitudinem inſtigauit. Pompeio autem
ſpectum faciebat Milonẽ, ad perniciem eius compa
uit eum uociferatus. Pompeiusq; ob ea ſæpius que-
batur fieri ſibi quoq; inſidias, & id palàm ac maio
manu ſe armabat, dicturum quoq; diem Ciceroni
ancus oſtendebat. Poſtea autem Q. Pompeius idem
editatus erat, tanta tamen conſtantia ac fides fuit Ci
ronis, ut non populi à ſe alienatione, non Cn. Pompei
picionibus, non periculum futurum, ut ſi dies ad po
lũ diceret, non armis quæ palàm in Milonem ſum
a erant, deterreri potuerit à defenſione eius, cum poſ
t omne periculum ſuum et offenſionem inimicæ mul
udinis declinare, redimere etiam Cn. Pompei animũ,
paulum ex ſtudio defenſionis remiſiſſet. Perlata de=
de lege Pompeij in qua id quoq; ſcriptum erat, ut
æſitor ſuffragio populi ex ijs qui conſules fuerant,
earetur, ſtatim comitia habuit, creatusq; erat Cn.
mitius Aenobarbus quæſitor. Aliorum quoque
dicum qui de ea re iudicarent Pompeius tales pro=
ſuit, ut nunquam neque clariores uiros, neque ſan-
ores propoſitos eſſe conſtaret. Poſt quod ſtatim noua
ge Milo poſtulatus à duobus Appijs Clodijs ado-

e tractauimus, nūc quoq; qd tractetur de qualitate,
ēamus. C. Generis eſt controuerſia, cum & qd
tum ſit, conuenit, V. tulit coniecturā. deinde cum
C. & quo id factum nomine appellari oporte-
loſtat, V. tulit finē. ergo ſupeſt, ut quale uel qtum
d qđ factū eſt, uideamus, et dat exēplū. C. Vtrū
um, an iniuſtū ſit. utrū utile, an inutile ſit. V. qđ
i quæritur, nō nomē rei, ſed rei qualitas quæritur,
deo qualitas appoſita eſt. Incipit Hermagorā repre
ere, qui demonſtrationē & deliberationē ſub qua-
e conſtituerit. C. Huic generi Hermagoras ptes
tuor ſuppoſuit. V. Reprehēdit ut diximus Herma
i qđ demonſtrationē et deliberationē ſub qualitate
erit. cū ipſa qualitas. i. conſtitutio ſub deliberatiua
lemōſtratiua ſit, de qua re in cōſequētibus latius
utabitur. C. qđ eius, ut nos putamus, nō mediocre
tū rprehēdendū uidetur, V. Ait graue Herma
peccatū ſe debere reprehēdere, & id breuiter.
i inqt, taceamus, qđ primum eſt Hermagoræ artes
robare uideamur. et quare eiuſdē artes nō ſumus
, cāſ dare nequeamus. Deide inqt, C. ne ſi latiſſi
Hermagoræ peccatū pſequi uoluerimus qđ qdem ē.
tertiū inqt noſtris præceptis morā uideamur affer
d qđ mediū ē de pctō Hermagoræ breuiter diſputa
s. C. Si deliberatio, et demōſtratio V. Quæſtio
ē qđ nō recte Hermagoras deliberationē et demō
ionē ſub qualitate poſuerit. Cicero ergo ait nō recte

deliberationem, & demonſtrationem ſub qualitate po ſitas quia genera cauſarum ſunt. quod ſi genera cauſarum eſſe Hermagoras fuerit confeſſus, ſine dubio non hæc debuit ſub qualitate ponere. ſin negauerit, docebit Cicero genera eſſe cauſarum. igitur male Hermagoras demonſtrationem, & deliberationem ſub qualitate collocauit. Ac primo per conditionalem quæſtionem, id eſt hypotheticam ingreditur propoſitionem, ubicunq; n. ſi eſt ſub quadam conditione, propoſitio eſt. ſi inquit, hoc eſt, illud non eſt, hoc autem eſt. Igitur illud non eſt, ita & hic. C. Si deliberatio, inquit, & demonſtratio genera ſunt cauſarum, non poſſunt recte partes alicuius generis cauſæ putari. V. Genera autem cauſarũ ſunt, igitur generis cauſæ partes eſſe non poſſunt, & docet genera eſſe cauſarũ. Primum igitur ponamus genus cauſæ. Secũdum partes generis cauſæ. i. coniecturam, finẽ, qualitatem, translationem. Tertium ſit illud quicquid qualitati ſubijcitur, ubi Hermagoras deliberationem, et demonſtrationem conſtituit. ergo Cicero primum dicit deliberationem et demonſtrationem, quia prima ſunt, ſecunda eſſe non poſſunt. quod ſi ſecunda non ſunt, multo minus tertia eſſe poſſe, quod Hermagoras conſtituiſſe conſpicitur. itaq; meminiſſe debemus Ciceronem de duobus tractare. i. de primo & ſecundo, ſcilicet de genere cauſæ, & partibus generis. ſi inquit, deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſarum, non recte partes generis cauſæ poſſunt putari. i. conſtitutiones. quod cum docet conſtitutiones eſſe non poſſe, multo magis uidentur partes conſtitutionis eſſe non poſſe. C. Eadem enim res alij genus eſſe, alij pars poteſt. eidẽ genus eſſe

& pars

pars nō poteſt. V. Ariſtoteles ait res omnes quæ
ictis, & factis, & in omni mundo aguntur, decem
quarum rerum nomina ponemus. Prima ſubſtan-
ſt. deinde quantitas, qualitas, ad aliquid, ubi, quan
itus, habere, facere, pati. Græcis autem uocabulis
cantur. οὐσία, ποσότης, ποιότης, πρός τι, ποῦ, πότε,
, ἔχειν, ποιεῖν, πάσχειν. Harum prima ut diximus,
antia uocatur, reliquæ nomen in ſubſtantia ſunt,
accidentes uocantur, ut puta membrana ſubſtantia
cidunt autem ei crocum ſcriptura &c. Cum in-
& ſubſtantia res ſit, & ea quæ accidūt res ſint.
ad id quo de nunc agitur reuertamur. eadem
res alij genus eſſe alij pars poteſt, hic rē ſubſtan
illam ponamus, quæ dum ſola eſt, patet omnibus
entibus. ſed cum ab uno accidenti fuerit occupata,
in ſe accidens aliud non admittit. Vt puta lana
res eſt, ſed ſubſtantia. hæc res patet multis acci-
bus. poteſt enim lana illa aut roſea fieri, aut ue-
aut nigra. Sed ſi colorem unum in ſe ſuſceperit,
in ſe colorem alium non admittit. Similiter &
ſubſtantia eſt, poteſt autem id, quod homo eſt, nūc
s eſſe, nunc dominus. ſed poſtquam dixero domi-
in eo quod dominus eſt, eſſe & ſeruus non poteſt.
um dixero ſeruum in eo quod ſeruus eſt, & do
eſſe non poteſt. ita ergo & hic deliberatio, &
ſtratio res eſt, ſed illa ſubſtantia quæ q̄ diu ſo-
patet accidentibus. i. generi cauſæ, & cauſæ par-
ita quādiu in incerto ſunt genus alij, al | partes
ſunt. cum uero generis nomen acceperint, in eo
us ſunt, & partes eſſe non poſſunt. hoc eſt quod



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dit. Eidem genus .i. ſimile ac iudiciale eſſe, & pars non poteſt. ergo ſi genus generis pars eſſe non poteſt, multo minus partis generis partes putabuntur. C. Deliberatio autem, & demonſtratio genera ſunt cauſarum. V. Id quod primo dubie propoſuit, aſſumpſit ſine dubitatione. neq; enim dicit ſi deliberatio, ſed deliberatio autem, & demonſtratio genera ſunt cauſarum, & id triplici argumentatione conuincit, ſcilicet demonſtrationem, & deliberationem genera eſſe cauſarũ. C. Nã aut nullum cauſæ genus eſt, & cætera. Nam aut nullum, inquit, cauſæ genus eſt, aut iudiciale ſolum, aut et iudiciale, & demonſtratiuum, & deliberatiuum. V. Ideſt aut nullum cauſæ genus, aut unum, aut tria. duo enim propterea non dixit, quoniam deliberatio, et demonſtratio quanq̃ inter ſe diuerſa ſunt, ſimul tamen aut in generibus cauſæ ponuntur, et fiunt tria genera cauſæ, aut ſimul tolluntur, & remanet unum. i. iudiciale ſolum. ergo tollit duo. i. nec unum eſſe, nec nullum, ut id, quod reliquum eſt, approbetur. nullum inquit, cauſæ genus eſſe non poteſt dicere. nam qui artes ſcribit, multaſq; dicit eſſe cauſas, nullam non poteſt dicere. tollit rem unam, deinde unum iudiciale ſolum eſſe nõ poteſt dicere, propterea quod & deliberatio, & demonſtratio genera ſunt cauſarum. nam & inter ſe diuerſa ſunt, & ab iudiciali multum ſeparata. Id porrò quod diuerſum eſt, tunc omnino diuerſum eſt, ſi inter ſe & rebus, & exitu diſtet. atq; ut rationes ex ſimilibus colligimus res eſt lectio exitus intellectus. ergo hæc tria genera cauſarũ re inter ſe diſtant. aliud enim agitur in demonſtratione, aliud in deliberatione, aliud in iudiciali.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

i. rerum quoq; exitus diſpar eſt. nā demonſtratiōis
t eſt honeſtas. Deliberationis utilitas. Iudicialis æq
quod ſi hæc tria inter ſe & re, & exitu diſtant,
recto genera cauſarum conſtitui debebunt. non ergo
e deliberationē, & demonſtrationē qualitatis par
ſſe dixit. in his autem quæ hucuſque diſputauimus
amus qnq; partitum ſyllogiſmum, ac primū quæ=
ē, de qua agitur, conſtituamus. Hæc autem eſt quæ-
quod non recte Hermagoras deliberationem, &
onſtrationem ſub qualitate poſuerit. ſi deliberatio,
demonſtratio genera ſunt cauſarum, nō poſſunt re
artes alicuius cauſæ putari. hoc primum eſt. eadē
t res alij genus eſſe, alij pars poteſt eidem genus eſ=
r pars non poteſt. hoc ſecundum eſt. Deliberatio
m & demonſtratio genera ſunt cauſarum. hoc ter
t eſt. nam aut nullum cauſæ genus eſt, aut iudicia-
lum, aut & iudiciale & deliberatiuum, & de=
ſtratiuū, hoc quartum eſt. relinqtur ergo ut omnia
genera ſint cauſarum. hæc concluſio eſt. uideamus
illum quem promiſimus ſyllogiſmum quinq; par
i. C. Si deliberatio, et demonſtratio genera ſunt
arū, non poſſunt recte partes alicuius generis cau
utari. V. Hæc propoſitio eſt, & quia neceſſe eſt
rimi confeſſione ſecundū quoq; in confeſſionem ue
Propoſitio nobis approbāda atq; iungēda ē, atq;
icero approbat propoſitionē. C. Eadē. n. res, inqt,
genus eē, alij pars pōt. eadē genus eſſe, et pars nō
V. Approbauit ergo propoſitionē. rurſus poſt ap
atā propoſitionē illud qđ quaſi in propoſitione du
propoſuerat, aſſumit hoc mō. C. Deliberatio aūt,



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& demonſtratio genera ſunt cauſarũ. V. deinde approbat aſſumptionem, ut ſupra diximus, triplici argumentatione. C. Nam aut nullum cauſæ genus eſt, aut iudiciale ſolum, aut & iudiciale, & demonſtratiuum, & deliberatiuum. V. Poſtremo tres adhibet concluſiones. ubicunq; enim ergo uel igitur eſt, concluſio ſit neceſſe eſt. prima igitur concluſio approbationis de aſſumptione eſt. quid enim erit in aſſumptionis approbatione. nam aut nullum cauſæ genus eſt, aut iudiciale ſolum, aut & iudiciale, & demonſtratiuum, & deliberatiuum. concludit ergo hæ tria genera eſſe cauſarũ. C. Relinquitur ergo, inquit, ut omnia tria genera ſint cauſarum. V. Secunda concluſio propoſitionis eſt, ſiue argumentationis eius. quid enim argumentatur in propoſitione. ſi deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſarũ, non poſſunt recte partes alicuius generis cauſæ putari. concludit hoc ipſum. C. Deliberatio igitur, & demonſtratio non poſſunt recte partes alicuius generis cauſæ putari. V. Tertia autem concluſio quæſtionis eſt. quæ enim quæſtio eſt, quod Hermagoras deliberationem & demonſtrationem nõ recte ſub qualitate conſtituit. concludit itaq; quæſtionẽ. C. Male igitur eas generalis conſtitutionis partes eſſe dixit. V. Verum cum in primo ſyllogiſmo de duabus rebus tractauerit, de primo & ſecundo, id eſt de genere & partibus generis. cur hic in tertia concluſione partis partium mentionem fecit. quod ſcilicet tertium eſt. Hoc primum ſic excuſatur, quod hæc concluſio præter ſyllogiſmum ſit. eſt enim quæſtionis quæ extra ſyllogiſmum eſt, ſed ex ea ſyllogiſmus. deinde quod per hanc extre-

mam

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

m concluſionem ſenſim deſcendit ad aliū ſyllogiſmū,
 hæc tractat deliberationem, & demonſtrationem.
 partes generis eſſe non poſſunt, multo magis par
n partes eſſe non poſſunt. ſed primum q̄ de eodem
 giſmo tractemus ea quæ in eo obſcura ſunt, expli
us. C. Quod ſi generis cauſæ partes non poſſunt
 putari, V. Diſputaſti quidē ſupra o Cicero deli
ationem & demonſtrationem, quia genera ſint, par
 eneris eſſe non poſſe, non tamen oſtendiſti utrū con
tio pars generis ſit, an ipſum genus. incertum eſt
n utrum deliberatio ſub qualitate ſit, an qualitas
 deliberatione. Doceas itaq; oportet utrum pars an
s ſit conſtitutio. Hæc ergo incidens quæſtio eſt utrū
ſtitutio pars, an genus ſit. Iam ſupra oſtendit delibe
 nem & demonſtrationem genera eſſe cauſarum,
 & inter ſe diſtent, & ab iudiciali plurimum diſ
 ent, & ſuum quæq; finem habeant quo referri
 eant. nunc ei docēdum eſt utrum conſtitutiones cau
 m partes ſint, & ſic argumentatur propoſitio the=
 , quid primum inuenias genus an conſtitutionem.
 primum neceſſe eſt agnoſcas utrum deliberatiua
 demonſtratiua controuerſia ſit, tunc deinde quæ ſit
 itutio. ergo pars cauſæ eſt cōſtitutio omnis. C. Nō
 cauſa ad conſtitutionem, ſed conſtitutio ad cauſam
 mmodatur. V. Prius enim cauſa cognoſcatur ne=
 eſt, deinde conſtitutio. Plus autem cauſam eſſe quā
 itutionem, ſic etiam poſſumus cognoſcere, quod in
 lis cauſæ generibus conſtitutiones uariantur. Cauſa
 n omnium conſtitutionum capax eſt. uerum cum
 & conſtitutio iuncta ſibi eſſe uideantur, cauſa ta-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

men unum alteri prius ſit. Omne enim quod loquimur ſiue quod mente concipimus, aut ſimplex eſt, aut coniūctum. Simplex eſt quod ad aliud non attendit ut tabula, ſaxum & reliqua huiuſmodi. coniunctum uero ut de duobus unum prius habeat, quatuor modis ſit. aut tempore, aut loco, aut ordine, aut cauſa. Aetas cum in homine ſit, tempore in ordinem ſecernitur. ſi dicas iuuentas utiq; conſideratione temporis, iuuētas ante ſenectutem eſt. deinde loco iuncta domus ſecernuntur. cum enim dicas atrium, ideo primum intelligis, quia cōſideras interiorem locum eſſe ubi triclinium. Ordine uero ſic cum in eodem loco multi ſedeamus pro ordine ſedentiū nobis anteferamus. cauſa autem ſic de his quæ iuncta ſunt, unum prius efficitur, ut puta pater & filius iuncta ſibi ſunt. neq; enim ante pater quā filius naſcatur, aut ante filius q̄ illi ſit pater. ſed qa filio ad naſcendum pater cauſa eſt, id circo ex cauſa pater filio præfertur. ita hic in themate cauſa, & conſtitutio coniuncta ſunt, ſed ut prior cauſa ſit, cauſa efficitur. ut cōſtitutio enim naſcatur, cauſa præcedit. Quod ipſe ait. C. Non enim cauſa ad conſtitutionem, ſed cōſtitutio ad cauſam accommodatur. V. Hic quoq; aduerſarius ſyllogiſmum quadripartitur. prima eſt enim propoſitio cum adiuncto. quod ſi generis cauſæ partes non poſſunt recte putari, multo minus recte partis cauſæ partes putabuntur. Huic propoſitioni approbatio non ſuit ſubijcienda. Manifeſtum eſt enim ſi partes cauſæ non ſint, multo minus partis cauſæ partes putari. ergo incidit quæſtio utrum conſtitutio pars ſit, & ut ſupra docuimus, probat partem. ſed hæc incidens quæſtio non

ptinet

tinet ad ſyllogiſmum. uerùm quia neceſſaria fuit,
rriecta eſt. deinde aſſumit illud quod propoſuerat.
Sed demonſtratio, et deliberatio generis cauſæ par
non poſſunt recte putari. V. Et approbat aſ-
ſumptionem quod ipſa ſunt genera. inquit. Poſtre=
concludit propoſitionis ſecundam partem. Quid eſt
m in ſecunda parte propoſitionis? Multo minus re
partis cauſæ partes putabũtur. cõcludit hoc ipſum.
Multo igitur minus recte partis eius, quod hic dicit,
tes putabuntur. V. Primæ enim parti propoſitio-
per incidẽtem quæſtionem ſatisfacit. quid eſt enim
prima parte propoſitionis? Quod ſi generis cauſæ
tes non poſſunt recte putari. itaque oſtendit ge=
is cauſæ partem conſtitutionem. Quadripartitus
o eſt ſyllogiſmus. eſt enim propoſitio aſſumptio, ap
batio, aſſumptionis concluſio. quæſtio uero incidens
ſyllogiſmum minime pertinet. C. Deinde, ſi con
itio & ipſa, & pars eius quælibet, intentionis
ulſio eſt, quæ intentionis depulſio non eſt, ea nec
ſtitutio, nec pars conſtitutionis eſt. V. Omnis
s tunc plene pars eſt, ſi generis & nomen, & de=
tionem recipiat, ut puta animal genus eſt. Iam ex
mali Homo, Equus, Auis. deĩde ex Aui, Coruus, Cor
, Aquila. itaque hæc omnia generis ſui & nomẽ,
definitionem recipere debebunt. generis uero no
quod eſt animal. ergo & Homo, & Equus, &
s, & Coruus, & Cornix, & Aquila animalia di-
tur. deinde generis definitio, quæ eſt. i. animalis. Ani
l ẽ corpus aĩatum. itaq; et Homo, et Equus, et Auis,
Coruus, & Cornix, et Aquila corpus animatum eſt.

uerum definitio à genere tranſit in ſpecies. ſpeciei
uero definitio in genus tranſire non poteſt. non e
cum hominem definio homo eſt corpus animatum
pes. iam cum dico bipes, ad generis definitionem
pertinet. eſt enim animal, et quadrupes. itaq; nunc
cepta ſimilitudine ad argumētationem Ciceronis re
mus. et primo quæſtionem, quæ in cōtentione uerſa
attendamus. illa autem ut ſupra diximus, quæſtio
quod deliberatio & demonſtratio non recte ſub q
litate ſint poſitæ. ſupra id iam duabus argumenta
nibus uicit. quarum prima illa fuit deliberationem
demonſtrationem ſi genera ſint cauſarum, partes g
ris eſſe nō poſſe. et probauit genera eſſe cauſarum
cunda uero argumentatio talis fuit quidem, ſi gen
partes eſſe non poſſunt, multo magis partes part
eſſe non poſſe. Nunc tertiam affert argumentatio
ſi inquit, conſtitutio & ipſa, & pars eius quælibet
tentionis depulſio eſt, quæ intentionis depulſio non
ea nec conſtitutio, nec pars conſtitutionis eſt, ut ſupr
ximus. omnis pars generis ſui & nomen, & defi
nem debet recipere. genus hic autem conſtitutio eſt.
cōſtitutione quatuor cōſtitutiones. ſub qualitate demō
tio, deliberatio, iuridicialis, negotialis. itaque uidea
an deliberatio, & demonſtratio generis nomen et
nitionem recipiant. generis nomen eſt conſtitutio. q
nomen tollit Cicero demonſtrationi, & delibera
ſed ne dicat Hermagoras conſtitutiones dici poſſe,
dit definitionem generis cadere non poſſe in deli
tionem, & demonſtrationem. quod ſi definitio non
dit, nomen quoque cadere non debebit. Conſtitution

autem

tem ſic definimus. Conſtitutio eſt intentionis depulſio.
uam ſcilicet definitionem in deliberatione, uel demó
ratione uidemus eſſe non poſſe, quod deliberatio, &
monſtratio, neq; nomen conſtitutionis, neq; definitioné
ipiunt, nec conſtitutiones ſunt, nec partes conſtitutio=
. ipſi autem placet conſtitutionem intentionis depul
uem eſſe, & concedit ei alias definitiones. rurſus in=
it, ſi finem per ſe ipſum conſideremus, nihil aliud
um finem inſpiciemus, nec in eo quod finis eſt, poſſu
s tráslationem intelligere. ita ergo conſtitutiones ſin
iæ habent proprium ſuum, in quo poſitæ genere có
xtionem conſtitutionis alterius nó admittunt. ſi ergo
ſtitutiones ſingulæ per ſemetipſas conſideratæ ha=
ue proprium ſuum, commixtionem alterius nó ad-
ttunt. C. Siue, inquit, conſtitutionem primam cau
accuſatoris confirmationem dixerit, ſiue defenſoris
mam deprecationem. V. neceſſe eſt deliberationé
demonſtrationem, neq; conſtitutionem eſſe, nec par=
conſtitutionis. Hoc loco animaduertere debemus ge=
ſyllogiſmi, quod obſcuritate ſui, & artificio collig
n ſyllogiſmus ferè omnibus antecellit. ſic itaq; iſte col
itur ſyllogiſmus à primo ad ſecundum. à ſecundo
tertium, a primo ad tertium. Primum enim & ter
m ſimile eſſe medium facit, quod utriq; coniungitur.
ut melius poſſit artificium Ciceronis intelligi, pri-
quælibet ſimlitudo facienda eſt. Ponamus itaq; hæc
a. Victorinus docet unum ſic, itelligis, aliud ſic, ſpem
bes, tertium ſic. itaq; faciamus ſyllogiſmum à primo
ſecundum. Si Victorinus docet, intelligis. nunc à ſe=
ndo ad tertiú, ſi intelligis, ſpem habes. deinde à pri-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mo ad tertiũ. ergo ſi Victorinus, docet, ſpem habes. Primum enim & tertium quod poteſt ueriſimile non uideri, medio illo quaſi quadam approbatione coniungitur. hoc ergo & in Cicerone uideamus. Primum hoc eſt, ſi conſtitutio & ipſa, & pars eius quælibet intentionis depulſio eſt. Secundum illud eſt, quæ intentionis depulſio non eſt, ea nec conſtitutio, nec pars conſtitutionis eſt. Tertium hoc, ſi deliberatio, & demonſtratio, neque conſtitutio, nec pars conſtitutionis ẽ. nunc uideamus ſyllogiſmum à primo ad ſecundum. ſi conſtitutio inquit, & ipſa, & pars eius quælibet intentionis depulſio eſt, quæ intentionis depulſio non eſt, ea nec conſtitutio, nec pars conſtitutionis eſt. deinde à ſecũdo ad tertium. C. At ſi quæ intentionis depulſio non eſt, ea nec conſtitutio, nec pars conſtitutionis eſt, demõſtratio et deliberatio, neq; conſtitutio, nec ps conſtitutionis ẽ. V. Nunc à primo ad tertium. C. igitur conſtitutio, & ipſa, et pars eius quælibet intentionis depulſio eſt, deliberatio, & demonſtratio, neque conſtitutio, neque pars conſtitutionis eſt. V. Ergo à primo ad tertiũ concluſio eſt ſyllogiſmi. denique Cicero. Si igitur inquit, conſtitutio. ubicunq; enim ergo, uel igitur ponitur, concluſio eſt argumenti. C. Deinde coniecturalis cauſa non poteſt ſimul V. Aliud incipit argumentum, id eſt quartum ſyllogiſmum quo oſtendit non recte ſub qualitate deliberationem & demonſtrationem poſitas, quem ſyllogiſmum priuſquã oſtendamus, ea quæ in re ſunt, uideamus. deinde inquit, coniecturalis cauſa. ſi inquit, coniecturam per id quod eſt, attendamus. nihil aliud inuenimus quàm coniecturam ſolam, nec in eo, qui

ectura eſt, poſſumus intelligere. Rurſus inquit, ſi ſi
per ſe ipſum conſideremus, nihil aliud quam fi=
inſpiciemus, nec in eo quod finis eſt, poſſumus
ſlationem intelligere. ſi ergo conſtitutiones ſingulæ
ſemetipſas conſideratæ habent proprium ſuum,
uo poſitæ genere commixtionem conſtitutionis al-
s non admittunt, male igitur Hermagora delibe-
onem et demõſtrationem partes conſtitutionis, ideſt
litatis eſſe uoluiſti, cum deliberatio, ſiue demonſtra
per ſe conſideratæ, non ſolæ intelligi, ſed omnes
conſtitutiones continere poſſint. C. ſimul ex ea-
parte, eodẽ in genere V. Et ſupra legimus. pars
m cauſæ eſt conſtitutio omnis. genus autem eſt conſti
nis id quod ualet, quod ſe explet. id denique quo
quæq; conſtitutio ab alijs cõſtitutionibus ſegregatur.
autem communis poteſt eſſe cum multis. & omni-
ulla conſtitutio. C. nec pars conſtitutionis &c.
Quoniã de deliberatione et demonſtratione quæ-
eſt, quæ deliberatio & demonſtratio partes conſti-
nis ab Hermagora ponuntur, recte cum de ſolis
itutionibus loqueretur, partes etiã tetigit, C. &
ino inqt, nulla conſtitutio, nec pars conſtitutionis po
imul, & ſuam habere, & alterius in ſe uim conti
. Altera autem aſſumpta, numerus conſtitutionũ du
tur, non uis conſtitutionis augetur. V. Sapiẽter di
multæ enim conſtitutiones in cauſa eſſe poſſunt. ſed
ures ſint, ad numerum conſtitutionem, non ad au-
lam uim alterius conſtitutionis accedunt. C. At
eratiua cauſa ſimul ex eadẽ parte eodẽ in genere
iecturalẽ, et generalẽ, et definitiuã, et trãslatiuã

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſolet habere conſtitutionē, & unam aliquando, & plu res non nunquam. V. Cum inqt, conſtet unamquãq; conſtitutionem alteram in ſe non admittere, delibera tiua ex eadem parte eodem in genere omnes ſolet re cipere conſtitutiones. C. ergo ipſa nec conſtitutio, nec pars conſtitutionis ē. ſimul ex eadem parte. V. Deli beratio enim pars cauſæ eſt. Videamus nunc quadri partitum ſyllogiſmum. proponit ſic primo ſpecialiter. deinde generaliter. ſpecialiter ſic. deinde coniecturalis cauſa non poteſt ſimul ex eadem parte eodem in ge nere & coniecturalis eſſe, & definitiua. ſpecialiter enim de coniectura propoſuit. Rurſus nec definitiua cauſa poteſt ſimul ex eadem parte eodem in genere, et definitiua eſſe, & translatiua. et hic ſpecialiter de fi ne propoſuit. Nunc proponit generaliter de omnibus conſtitutionibus, & earum partibus. & omnino inqt, nulla conſtitutio, nec pars conſtitutionis poteſt ſimul & ſuã habere, & alterius in ſe uim continere. huc uſq; propoſuit. deinde approbat propoſitiõem. ideo inquit, quod unaquæq; ex ſe et ex ſua natura ſimpliciter cõ ſideratur, altera aſſumpta numerus conſtitutionum du plicatur, non uis conſtitutionis augetur. poſt approba tionem propoſitionis aſſumit quod ſibi neceſſarium eſt. At deliberatiua, inquit, cauſa ſimul ex eadem parte eodem in genere, & coniecturalem, & generalem, et definitiuam, & translatiuam continet conſtitutionem, & unam aliquam, et plures non unquam. quod quo niam manifeſtum eſt, & apertum omnibus non fuit, neceſſe approbare aſſumptionem. ſequitur ergo conclu ſio quæ duplex eſt. Prima ad id, quod ad ſumptum eſt.

deliberatiua cauſa ſimul ex eadem parte eodẽ in
ere eſt. ergo ipſa nec conſtitutio, nec pars conſtitutio
eſt. ſecunda ad utrunq; quo de agitur. pariter enim
deliberatione, et demonſtratione tractetur. C. Ge
a inquit, igitur ut ante diximus, hæc cauſarum pu
da ſunt, non partes alicuius conſtitutionis. ergo ipſa
conſtitutio eſt, neq; pars conſtitutionis. Idem in de-
ſtratione ſolet uſu uenire. Hæc ergo conſtitutio,
um generalem uocamus, partes uidetur nobis duas
ere. V. Poſtq̃ docuit deliberationem, & demon
tionem non partes qualitatis, ſed genera eſſe cauſa
d ipſius qualitatis deſcendit diſputationem. Ac pri
hanc in duas diuidit partes, in iuridicialẽ, & nego
m. quarum partium hoc compendium tenere de-
quod iuridicialis ſemper de præterito eſt, & ne-
lis ſemper de futuro, quæ tempora in ipſarũ par
definitione uidetur Cicero nõ declaraſſe. ait enim.
iuridicialis eſt, in qua æqui, & recti natura, aut
mij, aut pœnæ ratio quæritur. Negotialis eſt, in
quid iuris ex ciuili more, & æquitate ſit, conſide-
r, cui diligentiæ præeſſe apud nos iuris cõſulti exi
ntur. V. Hic omnino tempus quaſi præteritum
demonſtrat, niſi quod magis futurum tempus ui-
r includere, cũ aut præmij, aut pœnæ ratio quæ-
r. Quo loco primo oſtendendum eſt & pœnam, et
mium de præterito eſſe poſſe. nam & poſt ſupplici
de aliquo iniuſte ſumptum, poſſunt nonnulli in iu
um uocari, & quod non recte præmio aliquẽ do
rint, poſſunt in iudicium uocari. Vt Verres qui
licium ſumpſit de ciuibus Romanis, & anulo au-

reo ſcribam in concione donauit. ergo præmij & pœnæ ratio poteſt de præterito eſſe. ſed occurrit illud, poteſt tamen præmij, & pœnæ ratio, & de futuro eſſe. ideó'que in iuridiciali qualitate tempus præteritum non recte definiuit. cum iam huic loco ſic reſpondetur, quod dixerit ratio. Ratio enim ſemper de præterito eſt facto. definitio autem cum quæritur, ratiocinatio dicitur. & eſt ibi tantum meriti ratio, quod meritum præteritum eſt. atque ita ratio nunquam niſi de præterito eſt. cum enim dicis petit præmium, neceſſe eſt afferat meritum. ita in eo quod petit præmium, nulla ratio eſt. ſed cum ais eum mereri, tum ratio eſt ex præterito ueniens. ergo ait Cicero. Iuridicialis eſt, in qua æqui & recti natura, aut præmij, aut pœnæ ratio quæritur. in eo quod ait ratio præteritum tempus includit. iuridicialis à iure. Aequi enim & recti ratio non niſi iure conſtat, deinde C. negocialis eſt, inquit, in qua quid iuris ex ciuili more, & æquitate ſit, conſideratur. V. Negocialis qualitas talis eſt cum aliquid generatim iure cautum ad ſpeciem deducimus, ut'puta uiro forti præmium detur, uir fortis petit inimici mortem. in eo quod dicit uiro forti præmium, dat quidem uiro forti præmium, ſed non etiam deſignat illud forte quod petit. ergo in negotiali qualitate ex æquitate præcedentis iuris noua iura firmantur, ideſt ut liceat id, quod in contentione uerſatur, & ideo de futuro eſt. quod etiam iuris periti faciunt, qui ſi forte id quo de agitur iure non cautum eſt, per interpretationem ſtatuti iuris id etiam quod in eodem non nominatim non continetur, affirmant, hoc eſt quod ci-

mi diligentiæ præeſſe apud nos iuris conſulti exi-
ntur. V. hoc quoq; tempus futurum demonſtrat
ait quid iuris ſit, conſideretur. conſideratio enim
ncerto eſt, & quia iuris conſideratio eſt, de futuro
C. Ac iuridicialis quidem ipſa in duas diſtri-
r partes, abſolutam, & aſſumptiuam. V. Nego-
qualitas conſtat nec aliquas ex ſe partes fundit.
icialis uero in duas partes funditur, in abſolutam
itatem & aſſumptiuam. deinde hic quoque rerũ
endium tenere debemus, quod in abſoluta quali
ctum ipſum iuſtum aſſerimus. in aſſumptiua ue
ualitate non factum iuſtum, ſed cauſam facti iu-
fuiſſe contendimus. itaque in abſoluta qualitate
, & recti natura quæritur. in aſſumptiua uero
nij et pœnæ ratio quæritur, quæ aſſumptiua qua-
locis diuiditur. Conceſſione. Remotione criminis.
tione criminis. Comparatione. uerum hic quatu-
rum locorum Cicero ordinem conuertit. nam a
emo quod hic poſuit, retrorſum uerſus ordo eſt. et
uim ſingularum defenſionum conſiderare debe-
primo hæc eſt innocentis hominis, ut dicat non
deinde feci, ſed non ſic uocatur. Tertio feci, &
catur, ſed iure feci. deinde hoc ipſum iure feci, aut
e ſibi debebit oſtendere, quæ eſt qualitas abſolu-
t ſi non licuit, debet ſibi extrinſecus aſſumere ali
quo hic probet quod iniuſte factum uidetur. ui-
us nunc quæ ſit de his quatuor aſſumptioni-
rtior aſſumptio. Primo debet dicere feci, ſed pro-
& probare plus ſe profuiſſe, quam obfuiſſe,
ſt qualitas compenſatiua, quam ideo Cicero com-

parationem uocat, ꝙ cōparetur id quod in crimen uocatur ad id quo ſe reus profuiſſe dicit, quæ comparatio ſemper in eodem facto eſt. ut puta quidam muros ciuitatis diſſipauit, hoſtes fugerunt, reus fit læſæ reip. in eodem eſt comparatio. nam ꝙ muros deiecit, uidetur læſiſſe remp. & quia muros deiecit, hoſtes fugerunt, uidetur profuiſſe reip. ergo hoc primum debet aſſumere, feci ſed profui, deinde debet dicere feci, quidem, ſed ut hoc facerem, ante prouocatus ſum. i. feci ſed meruit, quæ eſt relatio criminis. Tertio debet dicere. Feci, ſed alter me impulit ut facerem, quæ eſt remotio criminis. Poſtremo ſi hæc cuncta defecerint. i. ſi ut hæc faceret, nec profuit, nec iniuriam reddidit, neq; ab alio compulſus eſt, quoniam nihil eſt quo ſe defendat, debebit factum fateri, ſed ueniam poſtulare, quæ eſt qualitas uenialis, quam conceſſionem Cicero uocauit. hunc ergo ordinem Cicero hoc loco conuertit, quem in poſterioribus ſeruat. itaq; conceſſio duas partes habet, purgationem, & deprecationem. in purgatione tria ſunt. imprudentia, caſus, neceſſitas. ſi hæc nō fuerint, deprecatio eſt. Sed hæc aut apud imperatorem, aut apud populū, itaq; in purgatione factum conceditur, ſed facientis animus excuſatur. Hoc eſt quod ait. C. cum factum conceditur, culpa remouetur. V. In deprecatione uero et factum, & culpa conceditur, ſed tamen uenia deprecatur. hoc eſt quod ait. C. Deprecatio eſt, cum & peccaſſe, & conſulto peccaſſe reus ſe confitetur, & tamen ut ignoſcatur, poſtulat, V. Hæc ergo deprecatio non niſi aut apud imperatorem, aut apud populum ualet, apud iudices uacat. C. Remotio criminis eſt, cum id crimen, qđ

quod infertur ab ſe, & ab ſua culpa, ui, et poteſta
alium reus remouere conatur. V. Remotionem
inis hãc eſſe dicit, cum reus id, quod ei intenditur,
remouet, & in alium transfert. atq; id duobus
facit. ſi in alium aut cauſam, aut factum transfe
ſeu ut id faceret, dicat alium coëgiſſe. uerum quod
ictum, poteſt hic quæſtio moueri. nam cum omnis
tas facti confeſſionem teneat, cur hic factũ non con
, ſed in alium transferre conatur. Deniq; nullus
m ſcriptor in hac qualitate facti trãslationem no
uit, ſed ideo q̃a nullus intellexit. nam factum ſic
emouet, ſalua tamen confeſſione facti, ut in hoc
ite, quod Cicero in ſecundo libro poſuit, Mancinus
umantinis fœdus fecit iniuſſu populi ac ſenatus,
odem in exilium, atq; hoſtibus dedito, petitur ad
n. Etiam ille qui porcam tenuit, contradicit. nã
cauſam, et factum in alium remouet. cauſam
porcam tenerem Mancinus ui ac poteſtate coëgit.
e factum ſic fœdus, non ego feci, ſed Mancinus,
debuit, aut potuit. manet tamen facti prima il=
feſſio, quod porcam tenuit. non enim poteſt nega
porcam fuiſſe tentam. ergo remotio criminis
modis conſtat. ſi aut cauſam in alium transfe
aut factum. C. Relatio criminis eſt, cum ideo
ctum dicitur, quod alius ante iniuria laceſſierit.
latio criminis talis eſt. ſi in eo quod fecimus ui-
s reddidiſſe dicamus ut puta occidi, quia ille me
occidere. hoc ego feci, ſed meruit. C. Com-
eſt, cum aliud aliquod alicuius factum rectũ,
e contenditur, quod ut fieret, illud, q̃d arguitur,



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dicitur eſſe commiſſum. V. Inter comparationem (
conceſſionẽ hoc intereſt, ꝙ in comparatione de eade
comparatio eſt, ut ſupra diximus. diſſipaſti muros, l
ſti rẽp. Contra ille. Diſſipaui quidẽ muros, ſed hoſte
gerunt. in eodẽ comparatio eſt, ut ſupra diximus, d
paſti muros. i. ꝙ muri diſſipati eſſe dicuntur. Ideo a
quod ut fieret illud, qđ arguitur, dicitur eſſe cõmiſſu
alioqui Verres qui multa ſigna & uaſa ex Sicilia
ſtulit, & utitur hac defenſione. ꝙ à bellis tutã Sic
reddiderit. Nõ potuit dicere ideo ſigna ſuſtuli, ut de
derẽ prouinciam, neq; n. propterea tulit ſigna, ut p
uincia eſſet defenſa. itaq; utitur ueniali ſtatu. i. conc
ne per deprecationem. ergo in comparatione id, q
intenditur ideo à nobis factum dicere debemus, u
eo ipſo bonũ illud qđ contigit fluxiſſe dicamus. C
quarta conſtitutione, quã translatiuam nominat
V. Et ſupra docuimus quid in ſe translatio contin
ſcilicet ut aut omnẽ actionem commutet, aut aliqu
parte debilitet. Hoc eſt quod hic ait. C. aut om
aliqd de cõmutatione, aut infirmatione actionis ag
Huius conſtitutionis Hermagoras inuẽtor eſſe exiſti
tur, V. Inueniẽdi duo genera ſunt. unũ tale cu
mediũ proferimus id quod erat, ſed latebat. aliu
quaſi non erat, ſed à nobis primis uidetur inuẽ
itaq; de his Cicero leuiorẽ inuẽtionem dedit, Her
goras ut id, quod latuerat in mediũ protuliſſe uide
hoc eſt qđ ait. C. nõ quo non uſi ſint ea ueteres
tores ſæpe multi, ſed qa non animaduerterint
ſcriptores eam ſuperiores, nec retulerint in num
conſtitutionum. V. Ideo autem translationem
ſcripto

ſcriptores inter cōſtitutiones referre noluerūt, ꝙ omnis cōſtitutio authoritatem conſtituat. Trāslatio autem id ſit, cū uideatur agere, ne actio ſit. ſed Hermagoras recte hāc inter conſtitutiones poſuit. Nam hoc ipſum quod actionem commutat, actio eſt. itaq; multi inquit, Hermagorā reprehenderunt, ꝙ translationem inter conſtitutiones retulerit, ſed inuidia magis, quā ex uero. C. Et conſtitutiones qdē, & earū partes expoſuimus, V. Poſtquam quid eſſent ſingulæ conſtitutiones, uel qd poſſent docuit, et earum partes, ideſt qualitates expoſuit. promittit ſe his conſtitutionibus exempla ſubditurum. ſed tunc cum cœperint argumenta tractari quæ argumentationes dilucidiora futura eſſe promittit ſi iiſdem argumentationibus in tpe exēpla ſupponat. hoc eſt qđ ait. C. Nam argumentandi ratio dilucidior erit, cū & ad genus, et ad exemplū cauſæ ſtatim poterit accōmodari. V. Genera cauſarū ſcimus tria eſſe. demonſtratiuū, deliberatiuum, iudiciale. exēpla uero cauſarū ſunt themata ſcilicet. C. Cōſtitutione cauſæ repta ſtatim placet conſiderare, utrū cauſa ſit ſimplex, an coniūcta, V. Quoniam in his duobus libris Cicero nihil niſi de inuētiōe tractat, idcirco ꝑ ordinē quæ ſint iuenieda demōſtrat. cū ꝗ ingt, conſtitutionē inueneris, conſiderare debebis utrū ſimplex ſit, an iūcta. i. utrū de una re agatur, an de pluribus, cōſtitutio ſic inuenitur. occidiſti, nō occidi, iure occidi. cā uero hæc eſt an occiderit. an iuſte occiderit. ergo hæc cā ſimplex an iuncta ſit, cōſiderare debemus, deinde iūcta, utrū ex pluribus quæſtionibus an ex aliqua cōparatiōe ex pluribus quæſtionibus cā iuncta eſt, ut in Verrinis accuſatur Verres, ꝙ

multa furatus ſit, quod aues Romanos necarit, q̃ pecu latum commiſerit. itaq; quando ex pluribus quæſtionibus cauſa iuncta eſt, ipſæ quæſtiones inter ſe diuerſæ ſunt. Ex comparatione autem cauſa iuncta eſt, cum q̃d potiſſimum faciendum ſit, conſideratur, ut in diuiſione agitur, utrum Cicero accuſet, an Cecilius. ſed quia comparandi duo modi ſunt comparatiuus & ſuperlatiuus, idcirco ait. C. Ex comparatione, in qua per contentionem utrũ potius, aut q̃d potiſſimum ſit, quæritur. V. Verum his locis quæ tractabimus ipſe etiam Cicero perſpicua exempla ſupponit. C. Deinde conſiderandum eſt in ratione, an in ſcripto ſit controuerſia. V. Primo inquit, conſtitutio inuenienda eſt. Secundo utrum cauſa ſit ſimplex, an iuncta. Tertio in ratione, an in ſcripto ſit controuerſia. ſcriptum non tantum leges accipiamus, ſed & ſenatus conſultum, & teſtamentum, et uerba ſola, et multa huiuſmodi. huius ſcriptionis genera ſunt quinq;, ut ipſe primum rebus, deinde nominibus indicauit. ideſt primum ſcriptum & uoluntas. Secundum leges contrariæ. Tertium ambiguitas. Quartum collectio, ſiue ratiocinatio. Quintum definitio legalis, ut eſt in cæciniana. C. Ratio eſt autem, cur omnis quæſtio non in ſcriptione, ſed in aliqua argumentatione conſiſtit. V. Ideo ait cum omnis oratio ñ in ſcriptione, ſed in aliqua argumentatione conſiſtit. quoniam & orationem ſcriptio, & oppoſitio orationi habet. ſed cum authoritate quippe ex ſcripto, ideſt ex teſtamento uel lege uenientem. ergo inquit, ratio eſt, cũ res quæ in concione uerſatur non in authoritate legis, ſed in argumentatione uerſatur. C. Ac tum cõſiderato genere



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

genere cauſæ, V. Reperto inquit, genere materiæ
iconſtitutione, & cauſa utrum ſimplex an iuncta
;& ipſa cauſa ſcripti, an rationis habeat controuer
n. deinde uidendum eſt, quæ ſit quæſtio, quæ ratio,
e iudicatio, quod firmamentum. uerum de his tria
:cipue ſunt in omni cauſæ genere perquirenda. fir
nentum uero praro adhibetur. & ſi quando adhi
ır, neceſſe eſt aut in themate ſit, aut in hiſtoria. ali
ema dicatur, ideſt falſum argumentum. ergo tria il-
ne intermiſſione ubiq; inſpicienda ſunt, ideſt quæ=
ratio, iudicatio. quæſtio eſt quæ naſcitur ex conſtitu
e, ut eſt illud iure ne occiderit. ratio eſt quæ facit
'rouerſiam. ut puta occidi Clodium, propterea quia
me uoluit occidere. infirmatio rationis eſt. etiam ſi
lodius uoluit occidere, tu tamen non iure occidiſti.
catio eſt, utrum cum Clodius uoluerit occidere, iu-
tmen à Milone occiſus eſſe uideatur, ut Cicero de
ſte exemplum dedit. C. Firmamentum eſt fir-
ima argumentatio defenſoris, & aptiſſima ad iu-
tionem. V. Firmamentum ſi uerum ſit, ualde pro
ſed ſoli defenſori. Accuſator enim pro firmamen-
ſertionem habet. ſed hoc ut diximus, raro in cau-
cadit. cuiuſmodi autem ſit firmamentum, ipſum Ci
ldocet, ut ſi uelit dicere Oreſtes eiuſmodi animum
'i ſuæ fuiſſe in patrem ſuum in ſeipſum, ac ſoro
n regnum, & reliqua. C. Et in cæteris quidē
ıtutionibus ad hunc modum iudicationes reperiun
l V. Quoniam omnis de facto iam confeſſio eſt,
o in omnibus conſtitutionibus dicit iudicationem
ſirmatione rationis fieri. præterquam in conie-

ctura. In coniectura enim facti nulla confeſſio eſt. quare in coniectura eadẽ erit iudicatio, quæ quæſtio. factum eſt. non eſt factum. factum'ne ſit. C. Quot autem in cauſa conſtitutiones, aut earum partes erunt, V. qualitatis, ſcilicet partes (reliquæ enim conſtitutiones partes non habent) ergo quot in cauſa conſtitutiones, uel partes erũt, tot neceſſe erit inueniri quæſtiones, rationes, iudicationes, firmamenta. C. His omnibus in cauſa repertis, tum denique ſingulæ partes totius cauſæ conſiderandæ ſunt. V. Sub diuerſa ſignificantia Cicero partes poſuit. Aliæ ſunt enim partes oratoris officij, aliæ partes qualitatis, aliæ partes cauſæ, aliæ partes orationis. itaq; partes cauſæ ſunt, ut ſuſcepto negotio per rerũm ordinem ea quæ dicenda ſunt diligenter inſpicias. quod cum pertractaueris, ideſt cum cauſæ partes inſpexeris, tum demum tibi ordinandæ ſunt partes orationis. non enim inquit, quia primum exordium eſt, ſola tibi primo erunt conſideranda principia, & ſcribenda. ſed conſiderato omni negotio, tunc apposite ſumere exordium debemus. C. Hæ partes ſex eſſe omnino nobis uidentur. V. Multi enim quatuor eſſe dixerunt, ideſt exordium, narrationem, quæſtiones, epilogum. Cicero autem ſex eſſe dicit, ideſt exordium, narrationem, partitionem, cõfirmationem, reprehenſionem. concluſionem, epilogum ſcilicet. & recte confirmationem, & reprehenſionem. hoc enim maximum eſt oratoris officium, ut argumenta ſua primum afferat, deinde aduerſariorũ diſſoluat. quare inquit, quoniam primum exordium eſt, principij exordij præcepta trademus.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

XORDIVM eſt oratio animum audito-
ris idonee comparans ad reliquam dictio-
nem, V. Optima definitio eſt, quæ à genere
vit, deinde deſcendit ad ſpeciem. Poſtremo ita pro=
complectitur, ut excludat omnino id, quod cum
poteſt eſſe commune, ut hic ſex partes orationis Ci
ponit. Orator porrò duo agit, aut fidem facit, aut
nos commouet. quare in quatuor illis medijs parti=
fides fit in narratione, in partitione, in confirma
; in reprehẽſione. in exordio uero uel epilogis ani
ommouentur. itaq; ut definiat exordium, à genere
it. Exordiũ eſt oratio. omnis enim pars oratio eſt.
de ſic deſcendit ad ſpeciẽ, ita ut excludat quatuor
partes medias, quibus fides fit, animum inquit, au
is idonee comparans. ſed quia et in epilogis ani
omparantur, ita proprium complectitur ut exclu
etiam epilogos. ad reliquam inquit, dictionem. Ita
exordij plena definitio eſt. Exordiũ eſt oratio ani
auditoris idonee cõparans ad reliq̃ dictionẽ. Ve
cum aliquid fieri uolumus, primum definire de=
is quid ſit illud quod fieri uolumus. ut hic de exor
lefiniuit quid eſſet. exordium eſt inquit, oratio ani
auditoris idonee comparans ad reliquam dictio-
deinde debemus definire quid inde fiat, ut hic
C. quod eueniet inquit, ſi eum beneuolum, at=
m, docilem fecerit. V. Sed quia nõ bene aliqd fi
, niſi prius ſciamus ubi faciendum ſit, prius oſten=
bi faciendum ſit. poſtremo quẽadmodum faciẽdũ
ergo tunc nos optime exordiri, ſi cauſarũ gene
gnoſcamus, hoc eſt ubi faciendũ ſit. C. Genera



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cauſarum ſunt quinq; honeſtum, admirabile, humile, anceps, obſcurum. V. Hic quæſtio naſcitur, cum ſupra dixerit genera cauſarum tria eſſe, demonſtratiuum, deliberatiuum, iudiciale, cur hic rurſus genera cauſarum quinq; eſſe dixit? Verum hæc quæſtio occulta nimis ratione, ac difficili diſputatiõe diſſoluitur. animaduertere enim debemus quid Cicero ſecutus ſit. res multæ ſunt, quarum una ſubſtantia reliquæ accidũt. itaq; cum ſubſtantiæ acciderit una qualitas, poteſt & alia accidere, ſed quæ non ſit in eodem genere, in quo prima qualitas fuit. ut puta ſi dicas. foliorum genera duo ſunt, de membrana, & de charta. hic folium ſubſtantia eſt. acceſſit ei una qualitas membrana, & charta. poteſt tamen eidem ſubſtantiæ, ideſt folio alia qualitas accedere, quæ non ſit in eodem genere, in quo prima qualitas. ſi dicas foliorum genera ſunt tria. eſt oblongum, eſt latum, eſt quadratum. quare ſi circa primam qualitatem numerus definitionis varietur, uitium eſt. ſin autem in eadẽ ſubſtantia circa alias qualitates numerus definitionis uarietur, non eſt uitium. ut hic ait. primum cauſarum genera tria ſunt, cauſa hic ſubſtantia eſt. accidit ei una qualitas, ut ſit demonſtratiuum genus, deliberatiuum, iudiciale. deinde ait, cauſarum genera quinq; ſunt, licet eadem ſit ſubſtantia, alia tamen ei qualitas accidit. in iudiciali enim, ſiue alio genere cauſæ inuenitur & honeſtum cauſæ genus, & admirabile, & humile, & anceps, & obſcurum, ergo duplici hoc modo poſſumus intelligere, aut ꝙ ſubſtantiæ multæ ſæpe accidunt qualitates, aut ꝙ multæ qualitates ſubſtantiales ſunt, ideſt ꝙ eis qualitatibus poſſint

alia

: accidere qualitates, ut hic ſubſtantia eſt cauſa,
dit cauſæ ut ſit iudicialis. itaque iudicialis qualitas
. urſus hæc ipſa qualitas ſubſtantialis eſt. nam ac=
i ei, ut habeat in ſe aut honeſtum cauſæ genus, aut
irabile, aut humile, aut anceps, aut obſcurum.
n in deliberatiuo genere cauſæ uel demonſtratiuo
ſt hoc ipſum euenire, quare nullus hic error eſt
ris cauſarum circa definitionem numeri. ſi quidem
tantiæ nunc plures accidunt qualitates, ut ſupra
imus, nunc multæ ſunt qualitates ſubſtantiales. i.
s poſſũt aliæ incidere qualitates, qđ ſimiliter ſupra
imus. ergo qnq; gña dixit eſſe cãrum honeſtum, ad
abile, humile, anceps, obſcurũ. & definit gña ipſa.
Honeſtũ, inqt, cauſæ genus ẽ, cui ſtatim ſine oratione
ra fauet auditoris aius. V. Definitio nũc ex rebus
, nunc ex euentu rerum colligitur. has itaq; defini
s Cicero non ex rebus ipſis, ſed ex euentu rerum
git. ſæpe enim honeſtis, uel non honeſtis rumorum
ionibus abutimur, & quia rumori facile creditur.
enit autem rumor uſq; ad iudicem, orator porro
d iudicem agit neceſſario non rei honeſtum ſequi
t, ſed opinionem quæ etiam iudici nota eſt. ergo
ro honeſtum cauſæ genus non ex rebus definiuit,
ex euentu rerum, qui notus eſt iudici. Honeſtum
it, cauſæ genus eſt, cui ſtatim ſine oratione noſtra
t auditoris animus. ergo ſi & ſtatim, & ſine ora-
noſtra fauet iudex, opinionem ſequitur, ideſt euẽ
rerum. C. Admirabile, à quo eſt alienatus ani
eorum qui audituri ſunt. V. Et hæc definitio de
us iudicium eſt. Admirabile eſt inquit, cauſæ ge-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nus, cum is defenditur, quem ob magnitudinem criminis defendi nullus poſſe credebat. itaq; hic iudices beneuoli faciendi ſunt. C. Humile, quod negligitur ab auditore, & nõ magnopere attendendũ uidetur. V. Humile cauſæ genus eſt, ſi de re abiecta ſit controuerſia. in hoc genere attenti auditores faciendi ſunt, hæc quoq; definitio de animis iudicum ſumpta eſt. C. Anceps, in quo aut iudicatio dubia eſt, aut cauſa & honeſtatis, & turpitudinis particeps, V. Hæc definitio & ab ipſis rebus ſumpta eſt. uerum anceps inquit, cauſa duobus modis eſt, ſi aut iudicatio dubia ſit, aut in honeſtiſſima materia, ut in Oreſtis themate, quia non una ratio eſt, Iudicatio quoq; ſit dubia. Occidiſti, iure occidi. nam illa patrem meum occidit. etiam ſi patrem occidit, non iure à filio mater occiſa eſt. Iudicatio. an cum illa patrem occiderit, iuſte à filio occiſa uideatur. deinde poteſt & hæc eſſe ratio. iure occidi. nam ut id facerem, Apollo reſpondit. Infirmatio rationis etiam Apollo id reſpondit, non iuſte à filio mater occiſa eſt. Iudicatio. an cũ Apollo rñderit, iuſte mater à filio uideatur occiſa. ergo in hoc themate iudicatio dubia eſt. deinde ſit anceps cauſæ genus, ſi habeat in ſe cauſam & honeſtatis, & turpitudinis. ſi Leonis filius fortiter faciat, & præmium petat, honeſtum eſt, ꝙ fortiter fecit, turpe ꝙ filius Leonis. in hoc quoq; genere cauſæ beneuolentiam comparare debemus. C. Obſcurũ, in quo aut tardi auditores ſunt, aut difficilioribus ad cognoſcendum negotijs cauſa implicita eſt. V. Quod obſcurũ eſt, tribus modis ſemper obſcurum eſt. ſi aut is qui enarrat non intelligit, aut is cui narratur tardior eſt, aut ſi res ipſa

rplexa eſt.uerum hic duo poſuit. ſuperfluum enim
rat cum de oratore hic perfecto loquatur, ſi aliqd
eius imprudentia diceret. Hic itaque iudices dociles
re debemus. ergo oſtendit primum quid eſſet exor-
um. animorum inquit, commotio. deinde oſtendit qd
le fiat, aut attentus, aut docilis, aut beneuolus. dein=
ubi fiat, ideſt in generibus quinque cauſarum, &
ndit quæ eſſent genera. nunc per quid faciendum,
ſt per principium, & inſinuationem. Itaq; breuiter
in hac lectione cótineatur explicabimus. C. Exor
m inquit, in duo diuiditur, in principium, & in-
uationem. V. Horum duorum hanc differentiam
eamus. In principio aperte, & ut ipſe ait proti-
iudices nobis, aut attentos, aut dociles, aut beneuo-
comparamus. In inſinuatione uero occulte, & qui
dam circuitionibus. hoc quoq; compendium tenere
emus, quod in omnibus cauſæ generibus principio
is utendum eſt, in admirabili uero nunc inſinua-
e, nunc principio. Principio tunc ſi auditores non
ino erunt alienati. inſinuatione tunc ſi uehemen=
erunt alienati. C. Beneuolentia quatuor ex locis
paratur. ab noſtra, ab aduerſariorum, ab iudicum
ſona, ab ipſa cauſa. V. Beneuolos inquit, iudices
uatuor locis facere debemus, uel poſſumus. à noſtra
ſona. ab aduerſariorum. à iudicum. ab ipſa cauſa.
ſus à noſtra perſona quatuor ex locis beneuolen-
iudicis poſſumus comparare. C. ſi de noſtris
uit, factis, & officijs ſine arrogantia dicemus.
plena enim gloria in his duobus eſt in factis, &
ijs. Officiū eſt quod ex legibus, uel ex natura ne=

ceſſe eſt nos implere. factum uero ē quod ſupra quàm debemus, præſtamus. ergo ſi de noſtris factis & officijs, ſed ſine arrogantia dicemus. Deinde C. ſi crimina inquit, illata, & aliquas minus honeſtas ſuſpiciones iniectas diluemus. V. Ideſt ſi ea quæ ad deformationē perſonæ noſtræ præter iudicialem quæſtionem fuerint obiecta, diluemus. deinde ſi aliquid futurum mali prædicemus, quomodo ipſe Cicero. Moneo, prædico, ante denuntio, poſtremo à noſtra perſona beneuolentiam cōparamus, ſi inquit, pro nobis ſupplici utamur oratione. deinde ab aduerſariorum perſona, tribus ex locis beneuolentiam iudicis comparamus. ſi eos aut in odiū, aut in contemptionem, aut in inuidiam deduxerimus. in odium ſic. ſi eorum turpia uel crudelia facta proferamus. in inuidiam ſic. ſi eorum potētiam, gratiam, pecuniam proferamus. & quoniam hæc interdum non modo non crimini, ſed etiam decori ſunt, recte addidit horum omnium uſum arrogantem. multæ enim res per ſe malæ ſunt. multæ cum mediæ, ex euentu bonæ uel malæ fiunt. deinde in contemptionem ſic aduerſarios adducimus, ſi eos contemnendos eſſe dicamus, quod aut negligentes ſint, aut ignaui. Ab iudicum perſona uero duobus ex locis beneuolentiam comparamus. ſi eorum bene geſta ſine adulatione proferamus, & ſi dicamus præſentis iudicij magnam eſſe expectationem. Poſtremo ab ipſo negotio duobus ex locis beneuolentiam comparamus. ſi noſtram cauſam laudando extollamus, aduerſariorum uituperando deprimamus. C. Attentos autem faciemus, ſi demonſtrabimus ea, quæ dicturi erimus, magna, noua, V. Nūc docet quemadmodum

ntos iudices facere debeamus, Attentos inquit, iudi-
aciemus, ſi nos magna promittamus dicturos eſſe,
ait Virgilius maius opus moueo. deide ſi noua nos
uros eſſe dicamus, interdum etiam ſi magna inqt,
ſit res tamen noua, animos auditorum facit atten
poſtremo ſi incredibilia. neceſſario & enim atten-
udiendum eſt, quod uix credi poſſe promitto. dein=
i hæc inquit, magna noua incredibilia dicamus
e ad omnes pertinere, ut ſæpe Cicero ait, de quo
ur non ſolum ad reum, ſed omnium fortunas dicit
inere. nunc ad eos qui audiunt, ut Cicero ſæpe ait,
ideo agi, ut à iudicibus iudicia trāsferantur. nunc
liquos illuſtres. ſi dicamus rem iuſtam ad ſacerdo=
ld ſenatores, uel alios huiuſmodi pertinere. nunc
eos immortales, ut Cicero de domo ſua dicit. Rem
eos pertinere, ne ipſi Ciceronem domo expuliſſe
intur. nunc ad ſummam Reipublicæ ptinere. ergo
omnibus attentos iudices facimus. nec non inquit,
n tunc attentos iudices facimus, cum nos breuiter
uros eſſe promittimus. & ne mentiri nos iudices
nt, quàm breuiter nos dicturos eſſe promittimus.
onere inquit, debemus iudicationem, aut iudicatio=
ſi plures erunt. deinde oſtendit quo pacto dociles
tores facere debeamus. ſi inquit in principijs ea
iſunt nobis dicenda, ponamus, ut nobis iudices ad
oſcēdum negotium comparemus. præterea inquit,
docile iudices facimus, ſimul attentos iudices face-
ebemus. ita ipſe Cicero in cluentiana facit dociles
es cum ait. animaduerti iudices omnem accuſato-
rationem in duas diuiſam eſſe partes. deinde facit

» attentos, cum ait. quarum alteram inuiti, & magnope
» re confidere uidebatur inuidia inueterata iudicij Iu-
» niani, & reliqua. Tunc & enim inquit, iudex melius docilis fiet, ſi & attentus fuerit effectus. hæc de principijs. nunc nobis de inſinuatione dicendum eſt.

gumentum ſi eius qualitatem inſpiciamus. Itaq; omnia uerba & nomina habent res ſuas, habent & qualitates, quæ qualitates cum ſibi conueniunt faciunt argumentum. Cum nõ conueniunt, non faciunt argumentũ. ut puta ponamus occidit. Occidit res eſt huius rei quæ ſit qualitas attendamus. i. quædam aſperitas, quædam immanitas. Deinde ponamus inimicũ. Rurſus inimicus res eſt, eius rei porrò qualitas ſimiliter aſpera, atque crudelis. Itaq; quoniam utraq; ſibi hæc qualitas conuenit factum eſt argumentum. Ita duæ ſimiles qualitates cum fuerint copulatæ, faciunt aliam qualitatem, ideſt occidit quia inimicus fuit, quæ qualitas eſt, ut argumentum probabile eſſe uideatur. Ita ſi dicas occidit, quia gladio percuſſit, argumentũ eſt, quia utriuſq; rei qualitas eſt ſimilis. Alioqui cum in eo, quod eſt occidi iam nota ſit & res, et qualitas rei. Deinde ponas uirgã. Cuius res & qualitas nota eſt quoniam ſimiles ſibi non ſunt iſtæ qualitates coniunctæ in unum non faciunt argumentum, ſi dicas percuſſit uirga, & occidit. Semper itaq; non res, ſed qualitates rerũ debemus attendere, atq; conferre, ut argumenta faciamus. Argumentorũ porrò genera duo ſunt, probabile & neceſſarii Probabile eſt, quod ueriſimilitudine fidem facit. ut puta quia inimicus fuit occidit, uerum de probabili post dicemus. Nunc autem de argumento neceſſario diſputabimus. C. Neceſſario demonſtrantur ea, quæ aliter dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt hoc modo. peperit, cum uiro concubuit. V. neceſſarium eſt inquit qd aliter ac dictum eſt, nec fieri, nec probari poteſt. neceſſariũ argumentum ad fidem cogit, ac trahit. p

bile autem irrepit atq; perſuadet. Neceſſarium por
tale eſt argumentum ſi ea proferas quorum talis ſit
tura, ut ſic fieri neceſſe ſit. Si dicas, ſi natus eſt, mo-
etur. Si peperit, cum uiro concubuit. Hæc neceſſe eſt,
ſe conſequantur, φ ſi neceſſe habes credere neceſſa-
um factum eſt argumentum. Illud tamen ſcire debe-
us argumentum neceſſarium pene non eſſe, ſolumq;
inter homines probabile. Nempe nobis neceſſa-
um uidetur ex uero conſtare. Nam ſi probabile ex
riſimili ex uero neceſſe eſt neceſſarium. Inter homi-
autem uerũ latet, totumq; ſuſpicionibus geritur, er-
neceſſarium non poteſt eſſe argumentum. Sed quan-
inter homines poteſt neceſſarium? quantum ſecun
m opinionẽ humanã ualet. Alioqui ſecundum chri-
morũ opinionem non eſt neceſſariũ argumentum, ſi
erit, cum uiro cõcubuit. Neq; hoc rurſus, ſi natus ẽ,
rietur. Nam apud eos manifeſtũ eſt ſine uiro natũ,
nõ mortuum. Ergo neceſſarium illud argumentum
quod iam opinione pſuaſũ eſt. Atq;, ut ſcias hoc
eſſarium non eſſe, cnio neceſſariũ oſtendit. Cicero ẽt
hominibus pſuaderi, cũ ait neceſſarie demonſtran
ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri nec probari
ſunt. ergo ſi probantur, iam non erunt neceſſaria.
uicquid enim probatur, potuit & non credi. Itaq;
eſſarium argumentũ teneamus illud, quo facile po-
o perſuadet orator Hoc neceſſariũ tribus modis fie
locet, quos modos in genere dictionis ponit, hic enim
dicto eſt, ſuperius in materia locos poſuit, de qui-
conducat ad argumentationem dictio naſceretur.
ri itaque neceſſarium argumentum docet. Aut per

complexionem, aut per enumerationem, aut per ſim
plicem concluſionem. C. Complexio eſt, in qua utrum
conceſſeris, reprehenditur. V. Complexio forma di
ctionis eſt, poſita in rationibus neceſſariis. Verum com
plexio duplici latere conſtat. unde quicquid fuerit ele
ctum neceſſe eſt, ut contrarium ſit. In complexione ita
duo genera ſunt proponendi. Nunc per ſimplex, nunc
per neceſſarium. Simplex hoc modo. Si hoc eſt, cur il
lud facis? Si illud eſt, cur hoc facis? deinde per neceſſa
rium ſit. Aut hoc concedas neceſſe eſt, aut illud. Ita h
exēplum complexionis conſiderare debemus factum
per ſimplex. C. Si improbus eſt inquit, cur uteris
ſin probus, cur accuſas? V. Ita & in uerrinis Cicer
Aut amicos inquit, confitere ſiculos neceſſe eſt, aut in
micos. ſi amici ſunt, credamus teſtibus, ſi inimici ſun
inuiti pecunias contulerunt. C. Enumeratio eſt, in q
pluribus rebus expoſitis, & cæteris infirmatis, una r
liqua neceſſario confirmatur. V. Enumeratio qu
forma dictionis eſt poſita in rationibus neceſſariis, u
rum in enumeratiōe multa ponūtur, et excluſis mult
unum quod reliquum eſt, confirmatur. Vt' puta ſi h
non eſt ſi illud, & illud non eſt, reſtat igitur ut iſt
ſit. Ita in uerrinis ſi neq; Carbo attigit, neq; Sylla u
dit, neq; in ærarium relatum ē, reſtat igitur ut tu V
res pecuniam ſuſtuleris. Verum enumeratio duob
modis fit. Cum aut multis rei rebus excluſis unam q
reliqua eſt, confirmas, aut cum rei rebus excluſis co
trarium confirmas. Multis rei rebus excluſis una q
reliqua eſt, confirmatur, ut ſupra ipſe Cicero con
Hermagoram. Nam aut nullum cauſæ genus eſt, a

diciale ſolum, aut & iudiciale, & demonſtratiuum, et liberatiuum. Hic multa enumerauit. Sed excluſis abus rebus, reliquã tertiam confirmauit. Nullũ init cauſæ genus eſſe non poteſt dicere qui artis præce=t dat, unũ eſſe non põt dicere q̃a hoc et hoc. Relinq ergo inquit, ut omnia tria genera cauſarũ ſint. Er hic multis rei rebus ſublatis poſtrema eſt confirma Deinde omnibus rei rebus excluſis, cõtrariũ ſic conditur, ut hic ipſum exemplũ poſitum eſt. C. Neceſ=ſt inquit, aut inimicitiarũ cauſa ab hoc eſſe occiſum, metus, aut ſpei, aut alicuius amici gratia, at ſi horũ il eſt, ab hoc non eſſe occiſum. V. Itaq; hic res eſt ſio, huius rei omnes res ſuſtulit. i. cauſas occidẽdi, po=mo contrariũ concludit, ſi igitur horum nihil eſt, nõ dit. C. Simplex autẽ concluſio ex neceſſaria conſe-one conficitur, V. et in hoc neceſſariũ eſt argumen ẽd in una re poſitum, & ideo ſimplex concluſio no-atur. Vt puta ſi illo tempore, quo uos me iſtud feciſ=iatis, ego trans mare fui, relinquitur, ut id ego nõ rim, ſed nec potuerim facere. Hic itaq; ſimplex res in ſuperioribus uero duplex, in complexione ſcili=& enumeratione, & complexio quidem a pte duas ontinet. Aut hoc eſt iq̃t, aut illud, ſi illud eſt, cur fa=ĩ illud eſt, cur non facis? Enumeratio etiã cũ mul=n ſe res habet collocatas, duplex tamen eſt. Ea. n. ia quæ tollis, q̃uis multa ſint, in una tamen parte itur. in altera id quod concludis, ſiue aliq̃d de re-it, ſiue contrariũ rei, ut ſupra docuimus. Atq; hoc enter uidere oportebit. Præcepta dat, ut neceſſa-rgumenta non ſola dicendi ſpecie faciamus, ideſt

ne complexio, uel enumeratio in ſolo genere dicendi poſita eſſe uideatur, ſed ut rationes ipſæ, et res neceſſariæ ſint, & hoc genere dicendi proferantur triplici, ſcilicet aut per complexionem, aut per enumerationem, aut per ſimplicem concluſionem. Dictum itaque de neceſſario argumento, & quale ſit, & quod modis dictionis proferatur, nunc de probabili incipit diſputatio. Quod ut melius intelligamus propter uim expoſitionis hæc prius nobis etiam pictura cernatur.

Argumentum.

| | |
|---|---|
| Neceſſarium. | Probabile, per id quod fere ſolet fieri. |
| Complexio. | Per id quod eſt in opinione |
| Enumeratio. | Per ea quæ hent ad hæc |
| Simplex concluſio. | quandam ſimilitudinem |

Probabile.

Per contrarium. Per paria. Per eas res, quæ ſub eadem ratione cadunt. Per uera. Per falſa. Per ueriſimilia.

C. Probabile autem eſt id, quod ferè ſolet fieri, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hæc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue uerum. V. Dictum eſt de neceſſario argumento, et de eius modis, ſcilicet tribus, nunc de probabili argumento dicamus, in quo ſolo uirtus omnis fidei continetur. Vt ſupra enim diximus neceſſarium inter homines non eſt præſertim cum etiam ipſum probetur. Probabili itaque ſolo omnis fides nititur, adeo ut græciorum, & finem oratoris ſic definierint. πιθανῶς εἰ-

πεῖν

ισιν λέγειν.i.probabiliter ad fidem dicere. probabile
item per ſe ipſum non poſſit definiri,neq; in præce-
tum quoddam exprimi.ſed probabile erit argumen
n pro moribus patriæ populi temporis. neq; enim
mibus unum,atq; idem probabile eſt. aliud enim in
m Romanis,aliud barbaris uidetur.itaq; ut proba-
ia argumenta faciamus,primum nobis patria inſpi
nda eſt,in qua ſumus,& eius patriæ inſpiciendi mo
,deinde inſpicienda eſt ciuitas,quæ pars patriæ eſt.
nis enim ciuitas habet proprios mores.Deinde inſpi
ndum eſt tempus.tempora enim ſæpe mutantur.Po
mo etiam eius apud quem dicimus cognoſcenda na
a eſt,ut ſecundum mores eius probabilia argumen
aciamus. itaq; hæc præcedunt, antequã probabilia
umenta proferamus.Verum ipſum probabile ar-
ientum primo in tria diuiditur,ideſt in id,quod fici
ere ſolet fieri,& in id,quod in opinione poſitum
t in id,quod habet ad hoc quandam ſimilitudinẽ.
ide in quatuor ſignum,credibile,iudicatum,compa-
ile.uerum illa tria res ſunt quibus probabile con
ur argumentũ.Illa autem quatuor quæ ſequuntur,
um harum triũ effectus ſunt.primo itaq; illa tria
amus in quæ probabile diuiditur argumentum.
id quod ſolet fieri probabile argumentum,ſic fit,
ad fidem colligis,quæ in actus conſuetudine uer
ir.ut puta ſi mater eſt,diligit filium,ſi auarus eſt,
igit iuſiurandum.Ita & Terentius,meretrices ma
uaros lenones,triſtes ſenes,edaces paraſitos eſſe cõ
orauit.Hæc itaq; ad fidem dicta ſunt per id qđ
ſolet fieri. Deinde per id quod in opinione poſi-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

tum eſt probabile argumentum ſic fit, ſi ad fidem non ea quæ in uſu ſunt agēdi, ſed ea quæ in opinione ſunt poſita, colligimus. Si dicas inferos eſſe, & impijs apud inferos pœnas. ſi dicas omnes qui philoſophantur, cõtra deos facere. Multi enim credent, ꝙ philoſophi contra Deos faciant, & enim ſi Deos aſſerunt, & me forte ſtultum eſſe dicunt, quoniam me talem Deus eſſe uoluit, cõtra Deos faciunt, cũ me reprehendunt. deinde in rep. cum bella, aut pax ex Dei uoluntate contingunt, ipſi autem multa cupiunt perſuadere, contra Deos faciunt, ſi id non aſſerunt agendum, quod Deorũ uolũtate contingit. ergo ut diximus, ex his quæ in opinione ſunt poſita, probabile colligitur argumentũ, ſi dicas inferos eſſe, uel non eſſe, Deos eſſe, uel non eſſe, mundũ natum, mundum non eſſe natum. Iſtæ opiniones δόξαι dicuntur, δόξα enim græce opinio. Adeo manifeſtum eſt omnia quæ in mundo aguntur, argumentis probabilibus perſuaderi, quando etiam philoſophorum profeſſionibus ex opinione nomen impoſitum ẽ, ut dogmata dicantur. Tertium illud eſt, ut doceamus quemadmodũ probabile fiat argumentum, ex eo quod habet ad hæc quandam ſimilitudinem. i. per ſimilitudinem. ut puta is qui patriam prodit, pœnam meretur, ille qui patriã defendit, præmium meretur. Verum hic ex altero alteri fides fit, & ſic quaſi fuerat nominandum, ſed Cicero non quemadmodum fieret argumentum, ſed unde fieret indicauit, cum ait. Aut quod habet ad hæc quandã ſimilitudinem ad hæc, ideſt ad ſuperiora ad id ꝗd ferè ſolet fieri, & ad id, quod ferè in opinione poſitum eſt. & enim hoc argumentum tertium, ubi ex altero alterũ

lterū probamus, nunc tale poteſt eſſe, ut ſoleat fieri,
tale, ut in opinione poſitū eſſe uideatur, ut ſoleat fi-
ſi is qui patriā prodit, pœnam meretur. ille q pa-
defendit, præmium meretur. ut in opinione ſic. ſi
ijs apud inferos tormenta præparata ſunt, innocē
s quies parata eſt. itaque hoc quod habet ad hæc
dā ſimilitudinem. i. ſimilitudo tribus modis proba
efficit argumentum. aut per contraria, aut per pa
ut per eas res, quæ ſub eandem rationem cadūt.
contraria ſic. C. Nam ſi ijs, qui imprudenter læ
nt, ignoſci conuenit, ijs, qui neceſſario profuerunt,
ri gratiam non oportet. V. Hic contraria ſunt
eſſe, & nocere. ſed ipſa contraria non faciunt ar
ntum, niſi habeāt inter ſe aliquam ſimilitudinem.
aq; animorum ſimilitudo eſt. Nam ſi ille impru-
r obſuit, hic neceſſitate profuit, neq; ille uoluit obeſ
q; hic uoluit prodeſſe. ergo ſi ignoſcitur ei, qui non
ntate, ſed imprudentia læſit, & illi gratia non ha
a eſt, qui non uoluntate profuit, ſed neceſſitate.
paria ſic. cum non ex contrarijs rebus, ſed ex ſi
mus per naturam probabile colligimus argumen-
t puta nam ut locus in mari ſine portu nauibus
s eſt, ſic animus, qui ſine fide eſt, amicis non po-
ē portuoſus. Ex his autem quæ ſub eādem ratio-
adunt probabile facimus argumentum, cum ea
nferimus, quæ ad aliquid ſunt. ut puta locare, cō
, emere, uendere. Hæc uerba ad ſe inuicem ſpe-
itaq; ex unius rei ratione alterius rei rationem
re debemus. ut puta neſcio qs qui patre uendēte
filium, iniquam rem dicitur feciſſe. hic facis ar-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

gumentum probabile. nam ſi is, qui uendidit, rem iniquam fecit, & hic qui emit, rem iniquam fecit. Deinde ꝙ Cicero poſuit exemplũ apud Rhodios portorium res uilis utilis erat. et Hermocreon uir ampliſſimus, id cõduxit portorium. defenditur ꝙ rem turpem non fecerit. C. Facis itaq; argumentum per eas res, quæ ſub eandem rationem cadunt. V. Nam ſi Rhodijs turpe non fuit locare, ne Hermocreonti quidem turpe eſt conducere. ſiue aũt inqt, uera ſint, ſiue falſa ea unde facimus argumentum, nihil ad nos, dũmodo ad fidem faciendã probabilia eſſe uideantur. Falſum eſt, ſiue uerisimile, ſi dicas non occidit Medea filios. quippe mater filios nunq̃ potuiſſet occidere. Hic falſum eſt quod aſſeris. tamen feciſti argumentum probabile, per id quod ferè ſolet fieri, ut Medea filios nõ occidiſſe credatur. aut ſi dicas, quia multus in calceis puluis fuit, ex itinere regreſſus eſt. Verum eſt autem argumentũ probabile ſi dicas. quoniã cicatrix eſt, uulnus fuerit neceſſe eſt. nũc aũt ut probabilis argumenti oẽs partes ſcire poſſimus, hæc nobis quoq; animaduertenda eſt pictura.

Per id quod ferè ſolet fieri.

Signum. Credibile. Iudicatum. Religioſum.

per id quod in opinione poſitum eſt.

Commune. Approbatum. Comparabile.

Per ea quæ habent ad hæc quandam ſimilitudinem.

Imago. Collatio. Exemplum.

C. Omne autem, ut certas quaſdã in partes tribuamus, probabile, quod ſumitur ad argumẽtationem, aut ſignum eſt, aut credibile, aut iudicatum, aut comparabile. V. Supra diximus probabile argumentũ in tres

partes

rtes diuidi in id, quod fere ſolet fieri, in id, quod in
inione poſitum eſt, & in id, qđ habet ad hæc quan
m ſimulitudinem. ſed has tres partes ipſas res eſſe di
nus, de qbus probabile fit argumentum. Verũ in his
bus rebus hæc rurſus quatuor collata ſunt. i. quod
illis rebus conficitur, aut ſignum dicitur, aut credi=
, aut iudicatum, aut comparabile. atq; ut ſciamus
: quatuor illis tribus eſſe connexa, id, quod fere ſo
fieri, nihil aliud habet in ſe niſi aut ſignũ, aut cre
le. Deinde id quod in opinione poſitum eſt, nihil in
abet iudicatum. poſtremo id qđ habet ad hæc quan
n ſimulitudinem, nihil aliud habet, niſi comparabi=
uideamus itaq; hæc quatuor in illis tribus eſſe. nec
tantum ſibi copulata ſunt, ſed omnia quæ in ar=
ento ſunt probabili, etiam argumentis attributis
onæ, & attributis negotio conſtat eſſe connexa. Nã
tuor negotio eſſe dicimus attributa, continentia cum
negotio, & in geſtione negotij adiuncta negotio,
geſtum negotium conſequuntur. itaq; in continen=
cum ipſo negotio, & in geſtione negotij ſignum ẽ.
is autem quæ adiuncta ſunt, negotio comparabi=
. in attributis uero perſonæ credibile eſt. ita uide
& locos argumentorum, & res, & exitus certis
nibus ſibi eſſe copulata. nulla itaq; uideatur eſſe
ſio, quod probabile argumentum iam dudum in
diuiſimus, nunc in quatuor, quia id quod fere ſo=
ieri, duo in ſe continet, ſignum et credibile. quod
inione poſitum eſt, unum habet in ſe, id eſt iudica=
quod habet ad hæc quandam ſimulitudinem ſimi
n ſe unum continet. i. comparabile. itaq; probabi=

le argumentum in quatuor partes nunc diuiditur. nam aut ſignũ eſt, aut credibile, aut iudicatum, aut cõparabile. C. Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit, V. Quinq; ſenſus ſunt in homine, uiſus, auditus, odoratio, ſapor, & tactus. itaq; quicquid ſub hos ſenſus cadit, cum argumentum fuerit attractum, ſignum eſt, quod ſignũ per ſe nõ ad ſe ualet, ſed ex eo aliud proficitur. i. aliud aſſeritur, ut putà ſi agatur, an neſcio q ex itinere uenerit, & aſſeras eum ueniſſe, nam in calceis eius multus puluis eſt. Puluis hic ſignum eſt, & ſignum quod ſub ſenſum oculorum cadit. aut ſi dicas, q cruentus eſt, hominem occidit. deinde ſi dicas. ſeditio facta eſt, nam tumultus auditus eſt. Hic tumultus ſignum eſt, ſed ſignum, quod ſub auriũ ſenſum cadit. ita & reliqua ſimilia. Verum hoc argumenti genus. i. ſignum non ſatis ad fidem ualet. ſed alterius firmioris argumenti indiget approbatione. ita probabile quidem eſt argumentum, ſed non ualidum, ſemperq; hoc argumento coniectura tractatur. et ideo aut aliud firmius argumentum, aut teſtimonium requirit. ſed quod paulo ante dixi, ſignum eſſe in eo quod ferè ſolet fieri, ut cum dico ex itinere uenit, nam multus in calceis puluis eſt, hominem occidit, nam cruẽtus eſt, argumentum facio e his, quæ ferè ſolent fieri. Nam qui ex itinere uenit, ſolet fieri, ut puluerulentus ſit, & qui hominem occidit ſolet fieri, ut cruentus ſit. Ex ſigno uero in omnia tempora circa factum facere poſſumus argumentum, ut ſi tu occidiſti hominem, q̃a cruentus es, et hic cruor ſignum eſt. Occidiſti autem hominem tempus præteritum, deinde occidis hominem, nam uultus infignes ſignum eſt

Occidis

Occidis hominem tempus præſens. deinde occidere uis hominem, nam armatus incedis. hic armatus incedis ſignum eſt. occidere uis hominem tempus futurum. ita ſignum ad omne tempus argumentum eſt. C. Credibile eſt, quod ſine ullo teſte auditoris opinione firmatur, hoc modo. V. Credibile eſt inquit, argumentum, quod per ſe ipſum fidem facit, neq; ad probandum deſiderat teſtem, ſed facile cum prolatum fuerit apud opinionem, & ſententiam iudicis perſuadetur. Hoc credibile in eo eſſe diximus, quod ferè ſolet fieri, & rurſus in attributis perſonæ. ita in exemplo, quod ſubdidit Cicero, utrunq; uideamus. C. Nemo eſt, inquit, qui non liberos ſuos incolumes, & beatos eſſe cupiat. V. Vtrunq; & ſolet fieri, ut nemo ſit, qui non amet liberos ſuos. & attributum perſonæ eſt. i. fortunæ, quod liberi nominantur. & quod ait nemo eſt. C. Iudicatum eſt res aſſenſione, aut authoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. V. Iam et hinc in tria diuiſit iudicatum. nam aſſenſio in religione eſt, authoritas in cōi, iudicium in approbato, in tria. n. iudicatum diuiſit, in religioſum, in cōmune, in approbatū. Religioſum eſt inquit. ſi quid de re aliqua iurati iudices iudicarunt. et ideo religioſum, quia iurati iudicauerunt, quod aſſentiri nos neceſſe eſt. Animaduertamus tamen, ut iudicium genus ſemper negotium conſequatur. Cōe eſt, quod oēs uulgo probarunt. Cōe eſt inquit, quod ex more uulgi in authoritatē tenet, ut neceſſe ſit maioribus natu aſſurgere, ut ſupplicum miſereri hæc ut ſequamur, habemus uulgi authoritatem. deinde hoc etiā aīaduertamus quod conſuetudo quæcūq; rē ſemp aliquā cōſequatur. inter

id quod ferè ſolet fieri & commune hoc intereſt. Id quod ferè ſolet fieri ex quadam natura eſt, commune iudicato ſtringitur. C. Approbatū eſt, quod homines cum dubium eſſet, quale haberi oporteret, V. Approbatū eſt inquit, qđ cū dubium eſſet circa qualitat bonam malā ue ad unā partem homines inclinauerū. Vt inquit cum ſororem Horatius occidiſſet, et de facto eius populus eſſet incertus, tamē abſolutus eſt. Deinde, ut Tiberius Gracchus cenſor inſciēte collega quoſdā in ſenatu nouiſſet, & de eius facto dubitaretur, poſtea tamen eius factum populus approbauit. nam eum conſulem fecit. Ita religioſum, & commune, & approbatum, qā i iudicato ſunt, geſtum ſemꝑ negotiū conſequuntur. C. Comparabile aūt eſt, qđ in rebus diuerſis ſimilem aliquam rationem continet. V. dictum iam de ſigno, de credibili, de iudicato, reſtat extremum ut de comparabili dicat. Comparabile eſt, qđ res inter ſe diuerſas aliqua ratione coniungit. Hæc comparatio .i. ſimilitudo partes habet tres. Imaginem quam græci εἰκόνα appellāt. Collationē quā græci παραβολ appellant. Exemplum, quod græci παράδειγμα appellant. Imago eſt oratio circa res diuerſas, aut corporum, aut naturarū comparans ſimilitudinem, ut os humeroſq; deo ſimilis, ut qualis mugitus fugit cū ſaucius aram Taurus. Collatio eſt oratio quæ res in ſe diuer, ex ſimili comparatione cōiungit, ut eſt iſtud. Ac ueluti magno in populo cum ſæpe cohorta eſt ſeditio. Exemplum eſt quo rem aliquā alicuius hominis, aut negotii authoritate, uel caſu, aut hortamur, aut dehortamur. Hortamur ſic, ut Antenor potuit medijs elapſus achiuis.

nis Illiricos penetrare ſinus. dehortamur ſic. At non uiderunt mœnia troiæ neptuni fabricata manu conſide re in ignes. Hæc quidem nos exempla grammaticali- bus artibus ſuppoſuimus. Cicero autem ſe exempla his quæ ſunt in comparabili ſuppoſiturum eſſe promittit, cũ cœperit de elocutione tractare. Nunc autem de in- uentione tractatus eſt. C. Ac fons quidẽ confirmatio= nis, ut facultas tulit, apertus eſt, nec minus dilucide, q̃ rei natura ferebat, demonſtratus ẽ. V. Ea oĩa quæ ad confirmationẽ pertinebant, demonſtrata ſunt ita inqt, ut rei ipſius natura flagitabat. Sed hic confuſe oĩa pro lata. Singlatim ſe autẽ circa ſingulas cauſas traditu- rũ eſſe præcepta in ſecundo libro promittit. C. In præſentia tantum modo numeros, et modos, & partes. V. Numerum accipimus attributa perſonæ unde eam, negotio quatuor. deinde genera argumentorũ duo, ne- ceſſariũ, probabile. Modos autẽ accipiamus. i. in neceſſa rio argumento. complexionẽ, enumerationem, ſimplicẽ conclusionem. deinde in probabili argumento id, quod ferẽ ſolet fieri, quod in opinione poſitum eſt, quod ha- bet ad hæc quandam ſimilitudinem. Partes autem ac- cipiamus ſignum, credibile, iudicatum, comparabile, et ea, quæ ſub his ſunt. C. atq; inueniri quidẽ omnis ex his locis argumentatio poterit. V. Poſſunt quidem om- nia iam argumenta ex his locis quos præcepimus in= ueniri. Sed hæc ipſa argumenta debemus inquit, artifi= cioſa dictione diſtinguere, quia & ſuaue, & neceſſa- rium eſt. Itaq; nũc pauca de Dialectica ad Rhetoricam tranſlaturus eſt. Habebitq; locũ de ſyllogiſmis, ad quos capiendos, & tenendos lectorem uehementer hortatur,

ut ipſe ait. C. Quod non rei ſolum magna eſt utilitas, ſed præcipiendi quoq; ſumma difficultas. V. Diximus itaq; argumentum probabile in quatuor diuidi, ſignum, credibile, iudicatum, comparabile. Credibile eſſe diximus in attributis pſonæ. Signum eſſe diximus in duobus negotio attributis, in continentibus cum ipſo negotio, & in geſtione negotij. Comparabile eſſe diximus in adiunctis negotio. Iudicatum uero in his quæ geſtum negotium conſequuntur. Itaq; omne argumentū factum ex attributis perſonæ credibile dicetur. Deinde omne argumētum factum ex continentibus cū ipſo negotio, & ex his quæ in geſtione negotij ſunt, ſignum dicetur. Deinde omne argumentum factum ex his quæ negotio adiuncta ſunt, comparabile dicetur. Poſtremo omne argumentum factum ex his, quæ negotio adiuncta ſunt, & negotiū conſequuntur, iudicatum dicetur, ſed cum probabile fuerit. Alioquin in omnibus attributis tam perſonæ q̄ negotio, & neceſſariū eſſe poterit argumentum, cuius tres partes eſſe diximus, complexionem, enumerationem, ſimplicem concluſionem.

C. O MNIS igitur argumentatio aut p inductionē tractanda eſt, aut p ratiocinationem. V. De materia, et argumento iā dictū eſt. Nunc tertiū illud eſt, ut de argumentatione dicamus, quæ ptinet ad elocutionē et quā Cicero ex dialectica ſumptam in rhetoricā poſuit laxiorē. Argumentatio eſt itaq; artificiū nō inueniēdi, ſed dicendi. Hæc duobus modis fit. aut p inductionem, aut p ratiocinationem. Ita et Ariſtoteles in argumentatione duo eſſe dixit iſagogen, & Syllogiſmum. Atq; Ariſtoteles breuiter ac ſtrictim con-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

exemplum inductionem eſſe dixit, quod animus audito
iab eo, quod nõ dubium eſt, ad credendum id quod
nium eſt, inducatur. duo itaq; ſunt genera argumen-
di inductio, & ratiocinatio. Verũ inductione philo-
hi utuntur, & hic nunc ad exẽplũ inductio philo-
hica inducitur ad hoc, ut intelligamus quid ſit indu
l, uel quẽadmodũ fiat. Poſt, aut præcipiet qualis in
tio poſſit eſſe oratoris. C. Inductio eſt oratio, quæ
us nõ dubijs captat aſſenſionẽ eius, q cũ inſtituta eſt,
Generaliter hic inductionẽ definiuit, qua definitio
tendit ubiq; nos inductione uti poſſe, & in philo-
hica et i oratoria, et in quacũq; cõtentione uerborũ
n fabulis. Nam ubiq; neceſſe eſt pſuadere, & ideo
õnã certam hic nõ poſuit, ſed hoc ait. Inductio eſt
tio quæ rebus nõ dubijs captat aſſenſionẽ eius qui
l inſtituta eſt. Eius igt. i. ſiue ille philoſophus ſit, ſiue
ex, ſiue orator, ſiue amicus, ſiue inimicus. Inductio
i ſic facienda eſt, ut primo proponamus illa quæ ex
negotiũ ſunt, ſed tamen quæ ad negotiũ p ſimilitu=
ſpectant, & talia inquit eſſe debent illa quæ pro
mus, ut neceſſario his cũ quo agis, ita eſſe fateatur,
conſentiat. Quod cũ conſenſerit, tunc paulatim ad
nde dubitabatur deſcendis, & his quæ ſupra cõ-
l ſunt, ſimile eſſe confirmas, dat ergo nũc exemplũ
ſophicũ. Aeſchines ſocraticus fuit. i. diſcipulus So
s. is multa ſcripſit. Quodam etiã loco inducit So
m referentẽ. Nam is erat mos diſcipulis, ut inge-
roprio reperta ad magiſtros referrẽt, et quaſi ab
umenta ponerẽt. Induxit inquã Aeſchines Socratẽ
ẽtẽ quid eſſet uel quẽadmodũ eſſet locuta Aſpa=

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſia cum uxore Xenophontis, uel cum ipſo Xenophon-
te. Nã Xenophon, & eius uxor frequenter diſcorda-
bant. Perſuadet ergo Aſpaſia, ut in gratiã reuertãtur.
Aſpaſia autem peritiſſima fuit philoſophiæ. Hac itaque
inductione uſam induxit Aſpaſiã apud Aeſchinem So-
crates. Interrogauit inqt, Aſpaſia Xenophontis uxorẽ.
Si inquit, uicina tua aurũ melius habeat quã tu habes,
illius ne, an tuũ malis. Tum inquit, Xenophontis uxor
inducta ſimilitudine ſuperiorum quoniam ſententiam
mutare non poterat, tacita erubuit. Poſtea inquit Aſpa-
ſia conuertit ſe ad Xenophontem ipſum, & ſimiliter
cum illo inſtituit inductionem, dic mihi inquit, Xeno-
phon ſi uicinus tuus equum, aut fundum meliorẽ ha-
beat q̃ tu habes, tuũ ne malis, an illius, id eſt niſi in gra-
tiam regreſſi fueritis ſemper, & tibi uxor lectiſſima,
& tibi uir optimus deerit. Hæc itaq; inductio hoc egit,
ut Xenophon, & uxor eius ab his quæ uelle ſe negare
non poterãt, ad id etiam, quod dubium habebant per
ſimilitudinem deducerentur. C. Hoc modo ſermo-
nis plurimum Socrates uſus eſt. V. Socrates inquit, in
diſputationibus ſuis inductione frequenter utebatur,
propterea inquit, quod optimum docebat, ut non à ſe
rebus prolatis, ſed confeſſionibus ſuis aduerſarius uin-
ceretur. C. Hoc in genere præcipiendum nobis uide-
tur, primum, ut illud, quod inducemus, per ſimilitudi-
nem, eiuſmodi ſit, ut ſit neceſſe concedi. V. In inductio-
ne inquit, tria ſemper ſpectare debemus. Primo, ut ſi-
militudines tales proponamus, ut eas ſit neceſſe conced.
Nam illud dubium eſſe non debet, unde alteri fidem
uolumus facere. Deinde inquit, illud, quod confirmam-

rei quam proponimus ſimile eſſe debet, ne nihil eg-
t propoſitio, ſi illud diſſimile eſt cuius cauſa propoſui
us. Tertio inquit, id agere debemus, ut nemo intelli-
t quo ſpectet ſimilitudinis propoſitio. Ne cum quiſpiā
ntellexerit ſe ex confeſſione propoſitionis ēt illi rei ſi-
im facere quam neguit, aut nó reſpondeat, aut ma-
prauéq; reſpondeat. Si autē neſciat quo tendat ſimi-
udinis propoſitio ſecurius confitetur. qua confeſſio-
etiā illud, quod negabat ante ita, ut tu uis concedit
e. Cum autē inquit, hoc diligenter in facienda indu-
one ſeruaueris, ut & propoſitio ſimilitudinis con-
datur, & illud propoſitioni ſimile ſit, cuius cauſa ſimi
udo propoſita eſt, & nemo uideat quo propoſitio il-
contendat officio tuo p iſta diligēter impleto. rurſus
bebis reſponſionem cōtendentis attendere. unū autē
tribus fiat neceſſe eſt. nam aut tacebit, aut confite-
ur, aut negabit. Ad hæc ſingula dat præcepta quid
his ſingulis tu facere debeas, & primo à difficilio-
parte incipit. Si inqt, negabit ita eſſe illud, unde con-
tio eſt, atq; illud, q in propoſitis conceſſisq; ſimilitu-
ibus continetur, duo inquit facere debemus. Aut il-
res quas ante conceſſit ſimiles docere huic rei eſſe
qua contentio eſt, aut ſi pernegabit, alias inducere ſi-
litudines. Sin autē inquit, confitebitur habita argu-
ntatio concludenda eſt. deinde inquit ſi tacebit, duo
ies, aut reſponſionem de eo elicies, aut ſi reſpondere
luerit, quia genus confeſſionis eſt taciturnitas, conclu
nda eſt argumentatio. Ita inquit, hoc genus argu-
ntandi tripartitum ſemper eſt. C. prima inquit,
s conſtat ex una ſimilitudine, pluribus'ue, ut in hoc

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ipſo exemplo confeſſionem tacentium confirmat Aſpa-
ſia, & tu inquit, mulier uirum optimum uis habere, et
tu Xenophō uxorē habere lectiſſimā maxime cupis.
Deīde ex hac confeſſione qđ conficiatur oſtendit. Qua
re inqt, niſi hoc perfeceritis, ut neq; uir melior neq; fœ-
mina lectior in terris ſit. dedit ſupra philoſophicæ in
ductionis exemplū, dat nunc in rhetoricæ, non quo in-
quit, diuerſa præcepta ſint, ſed ne qs forte præceptū in
philoſophia datum in rhetorica uidere nō poſſit. Exē-
plum autē nūc ponit apud græcos puagatū, cuius exē-
pli huiuſmodi thema eſt. Epaminundas īperator cum ei
ſucceſſum fuiſſet, retinuit apud ſe exercitū aliquot am
plius diebus, quàm ex lege oportebat, illis ipſis diebus
lacedæmonios funditus euertit ac uicit. Accuſatur ꝙ cō-
tra legem exercitum retinuerit. Proponitur autem hic
tacita exceptione lex illa qui ſucceſſori ex lege exer-
citum ſtatim non tradiderit, pœnas ſoluat. In hoc the-
mate poteſt quidem eſſe compenſatiuus ſtatus principa-
lis, feci, ſed profui. Verū ſecunda cōflictio in ſcripto et
uoluntate cōſiſtit. Scripto utitur accuſator qui dicit à uer
bis legis recedi nō oportere. Voluntate utitur Epami-
nūdas qui dicit legem iubere qđē exercitum tradi, ſed
ſi nihil urgeat. Alioqui ſi reipublicæ cauſa paucis die-
bus retineatur, nullā pœnam ſubeſſe retinenti. Itaque
hic inductionem poteſt facere accuſator ille, qui contra
ſententiam legis ſcripta defendit, & ſimilitudinē non
extra cauſam, ſed ex eadem cauſa facit. Si inquit, Epa
minundas id, quod ait legis ſcriptorem ſenſiſſe ad le-
gem ſuis uerbis addat. i. damnādū eſſe q exercitū nō
tradat præter eū qui reip. cauſa retinuerit, hoc ſi ad-

t, nūqd pati poteſtis? non opinor. Deinde ſi hoc. i. le
additum uos ueſtra authoritate ad populum ferratis,
nqd id populus patietur? nó patietur. ergo iqt qd
di ad legem per uerba nó poteſt, id tanquā additū
ſequi nó debetis, ꝙ ſi inqt ſententiam ſcriptoris neq;
amnūdæ neq; noſtris literis uidemus corrigi poſſe,
lto magis illud re ipſa, & iudicio ueſtro mutari nó
eſt, quod ne uerbo quidem mutari poteſt. Verum
ſcire debemus in dialogis ſermonem eſſe nó dictio
s. Dictionem autē eſſe oratoris in ciuilibus cauſis, ic=
ait. Aut aliter hoc in ſermone atq; in dicēdo ſit
idum. Sermo philoſophi. Dictio oratoris. Oratio au=
poteſt et ad dialogum conuenire ſi ſit paulo ſplē-
or elocutio, proprium tamē oratoris eſt. deinde no
debemus omnes magiſtratus prætores appellatos,
ic cū Epaminundas thebanorum iṗator quod ei
ſibi ex lege prætor ſucceſſerat, cū imperatori ſuc-
re debeat imperator. C. Ratiocinatio eſt oratio
pſa re probabile aliquid eliciens, quod expoſitum,
ſe cognitum ſua ſe ui, et ratione confirmet. V. Ar
entationum duæ partes ſunt, inductio, & ratioci-
. De inductione iā dictū eſt, nūc de ratiocinatione
tatus eſt. i. de ſyllogiſmis. Verum, ut ad genus ſpe-
referamus, ſyllogiſmus non argumenti nomen eſt,
rgumentationis. Ita inductio non inueniendi mo=
ſt, ſed forma dicendi. Quamobrem ſic definiuit
inationem. i. ſyllogiſmum. Ratiocinatio eſt inquit,
o ex ipſa re probabile aliquid eliciens, ꝙ expoſi-
& ex ſe cognitum ſua ſe ui, et ratione confirmet.
hac definitione multa cōmunia eſſe poſſunt cū idu

ctione. Nam quod ait oratio ex ipſa re probabile aliquid eliciens tam ratiocinationis eſt, quàm inductionis. hoc autem propriũ ratiocinationis, quod ait, quod expoſitum, & per ſe cognitum ſua ſe ui, & ratione confirmet. Inductio enim non per ſe cognoſcitur, neq; ſua ſe ui, & ratione confirmat, ſed ut fidem faciat, probandæ rei ſimilitudines ante præcedunt. Recte itaq; ratiocinatio definita eſt, ideſt oratio, quæ ex confeſſo argumentum continens non ſimilitudine, ſed per ſe cognoſcitur, & ſua ſe ui, & ratione confirmat. uerum q̃ diximus ex confeſſo argumentum continens. niſi enim quis conſiteatur, quia inimicus fuit, non erit argumentum. ſi inimicus fuit, occidit. ſed ſi confiteatur inimicum, argumentũ probabile fit. ſi igitur inimicus fuit, occidit. C. Hi de genere, qui diligentius conſiderandum putauerunt. V. Ratiocinatio eſt igitur oratio per ſe cognita, ac ſua ui, & ratione confirmata ex re confeſſa, ſumptum ad fidem proferens argumentum. uerum ut diximus, hæc oratio eſt pertinens ad ſyllogiſmos. Syllogiſmorum autem multi quinq;, multi plurimas partes, multi in quinq; tres eſſe dixerunt. ſed utrorumq; inquit, rationes debemus inſpicere, quia & breuis inſpectio eſt, & oratori res neceſſaria. Opus quidem inquit, utrorũq; conſimile eſt. nam alteruter, & propoſitionem habet, & approbationem propoſitionis. & rurſus aſſumptionem & approbationem aſſumptionis, & concluſionem. Verum inquit, qui ſyllogiſmum in quinq; partes diuidit, has ſingulas partes numerant, ut propoſitio una pars ſit. approbatio propoſitionis altera, ita et in aſſumptione, ideſt approbatione aſſumptionis, ut quinta pars



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

clusio. Illi autem qui tres partes in ſyllogiſmus eſſe
tendunt propoſitionem, & approbationem, propoſi=
nis unã partem numerant. Rurſus aſſumptionem et
probationem aſſumptionis alterã partem numerãt,
tiã uero conclusionem. ita utrorũq; opus ſimule. ſed in
mbris operis numerus diuerſus. Iã uero quinquepar
ſyllogiſmi, ſiue tripartiti in ipſis libris exempla po
mus agnoſcere. uerũ quædam præcepta in his par
is poſita intelligamus. propoſitio inquit, generalis in
eſſe debet, & id qđ aſſumendũ eſt, in ſe neceſſario
tinens. Approbatio.n. multis uerbis, & diuerſis ra=
ibus facienda eſt. Aſſumptio uero ex ui propoſitio-
capienda eſt, ut hic aſſumptio eſt. nihil autem meli=
onſilio, q̃ omnis mundus adminiſtratur. hæc aſſum
ex ui propoſitionis aſſumpta eſt. quæ eſt.n. propo-
melius acurantur, quæ conſilio reguntur, q̃ quæ
conſilio adminiſtrantur. deinde inquit, etiã aſſum=
nis approbatio multis rationibus faciẽda eſt. Extre
tóclusio eſt, quæ quatuor modis fit, quos modos alio
co oſtendemus cum de bipartito ſyllogiſmo cœperi
habere tractatum. quinquepartitum igitur hoc pa
putant eſſe argumentationem. Qui inquit, quinque
titam eſſe dicunt argumentationem, hoc afferunt,
supra oſtendimus. i ſeparari propoſitionem ab ap
atione ſua, & rurſus aſſumptionem ab approba
ſua. qui autem tripartitam eſſe dicunt, illi inquit,
tripartitam argumentationem eſſe contendunt, eo-
modo quidem tractant argumentationem. nam et
oſitiones hñt, & approbationes, & rurſus aſſum
tem cum approbationibus ſuis. Sed hæc bina con-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nectunt, & reddunt ſingula, ut propoſitionem cum approbatione ſua ſimul iungant, et rurſum aſſumptionẽ, & approbationem eius unum efficiant. Negant autem recte, neq; propoſitionem, neq; aſſumptionẽ dici, niſi fuerint approbata, tuncq; eſſe aiũt propoſitionem argumẽtationis, ſi approbata ſit. Sin autem approbata non ſit, eſſe qdem propoſitionem, ſed argumenti non argumentationis, in qua argumentatione latior, et expolitior elocutio eſt. itaq; qui hoc contendunt, negant eſſe amplius, q̃ tripartitam argumentationem. ab his Cicero diſſentit, & contra diſputat, probatq; illorum ſententiam, q dicunt quinquepartitam argumentationem. itaq; hoc Cicero ſecundum artem teſtibus & argumentis probat, teſtibus ſic. C. quam omnes inquit, ab Ariſtotele, & Theophraſto profecti maxime ſecuti ſunt. V. Nam quemadmodũ inquit ſuperius argumentationis genus, ideſt inductionis Socrates maxime, & omnes ſocratici tractauerunt, ita hoc genus argumentationis. i. ratiocinatio quinquepartita ab Ariſtotele, & Theophraſto, ad peripatheticos frequẽtatum, atq; tractatum eſt. ſed quia orator Rhetoricam ſcribens importune pene philoſophos ad teſtimonium uocat, quia de dialectica iſte tractatus eſt, recte philoſophos ſibi adhibet, quia Rhetoricam ſcribit. adiungit & multos oratores elegantiſſimos, atq; artificioſiſſimos iudicatos, qui uſi ſunt hac argumentatione quinquepartita. deinde inquit, a Rhetoribus his qui elegantiſſimi, atq; artificioſiſſimi putati ſunt. itaq; teſtibus probauit non errare illos, qui aſſerant quinquepartitam argumentationem, ſed quia poterat dici Ciceroni etiam illi quos commemoras errauerunt,



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

runt, oſtendit ſe exemplum non temere illorum ſe-
tum, probatq; argumentis ſuis non errare eos, qui
quepartitam argumentationem, errare autem eos q
partitam eſſe contendant. itaq; hæc eſt quæſtio utri
partita, an quadripartita, an quinquepartita ſit argu
tatio. Cicero multis ſyllogiſmis ſuis nūc quinquepar
s, nunc tripartitis probat quinquepartitam eſſe ar
mentationem. & primo aſſerit propoſitionem, &
prbationem inter ſe eſſe diuerſa, in qua aſſertione
imo argumenti, deinde exempli eſt ſyllogiſmus. de
ac ſimili ratione aſſerit aſſumptionem, & appro
tionem eius inter ſe eſſe diuerſas. in qua rurſus aſ-
tione primo argumenti, deinde exempli eſt ſyllo-
mus. itaque poſtquam probauit propoſitionem, &
umptionem ab approbationibus ſuis longe eſſe ſe-
ratas, concludit commode partitos eſſe eos, qui quin
partitam dixerunt argumentationē. C. Quin-
i igitur partes ſunt eius argumentationis, quæ per
iocinationem tractatur. V. Illius autem argumen
onis, quæ per inductionem tractatur, tripartita eſt
umentatio. uerum hoc in primis tenere debemus, ar
entum nunc uicinum eſſe quæſtioni, nunc à quæſtio
onginquum. argumentum enim prolatum nūc ipſi
iſtioni prodeſt, nunc ei rei, quæ uicina eſt quæſtio-
itaque argumentum nunc uicinum eſt quæſtioni,
c loco tertio, nunc quarto, nunc quinto naſci-
. Ariſtoteles autem dicit etiam loco decimo poſſe
: argumentum. Sed cum ſæpe argumentum tam
e à quæſtione ſit, hoc tantum ſyllogiſmi eſt, ut
uod longe à quæſtione eſt, eidem quæſtioni di-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cendi ratiocinatione coniungat. ac uicinum argumentum tale eſt. quoniam hic inimicus fuit occidit longe à quæſtione, argumentum tale eſt. inimicus occidit. hoc quia generale eſt, primo diſſerēdum eſt utrum inimicus ſemper occidat. quod poſtquam aſſerueris non ſtatim probas hunc occidiſſe, ſed ad hoc proficit, ut rurſus doceas hūc inimicum fuiſſe. quod poſtquam aſſerueris, hunc inimicum fuiſſe, tunc demum redis ad quæſtionem. ergo hic, quia inimicus fuit, occidit. Deinde longe primum argumentum etiam illic licet animaduertere, ubi Cicero redarguit Hermagoram non recte ſub qualitate poſuiſſe deliberationem, & demonſtrationem, ubi primum docet genera eſſe cauſarum. quod ſi genera ſunt cauſarū, partes generis cauſæ eſſe non poſſe, ut ſi partes generis cauſæ eſſe non poſſunt, multo magis partes partium eſſe non poſſe. poſtremo redit ad quæſtionem. Male igitur deliberatio & demonſtratio ſub qualitate ponuntur. itaq; argumentum nunc longe à quæſtione eſt, nūc uicinum eſt quæſtioni. Deinde debemus hoc animaduertere argumentum quodcunq; ſumimus, utrum in genere ſit, an in ſpecie. ſi in genere, ſine dubitatione proponere debemus, deinde approbare eandem propoſitionem tertio loco ſpeciem aſſumere. Quarto loco aſſumptionem ſpeciei multis rationibus approbare. poſtremo concludere. Huius ſyllogiſmi ſubijciamus exemplū illud ipſum Epaminūdæ. C. Omnes leges iudices ad commodum reip. referre oportet, & cætera, V. hæc propoſitio eſt generalis ſine ulla dubitatione. deinde approbat eandem propoſitionem. C. Ea enim uirtute, & ſapientia maiores noſtri fuerunt, etc. V. Tertio loco

loco ſpẽs aſſumitur. C. Ergo in hoc quoq; iudicio
inite literas legis pſcrutari, &c. V. Quarto loco
probat aſſumptionẽ. C. Conſiderate qd magis uti
uit Thebanis, q̃ Lacedæmonios opprimi: et cætera.
Poſtremo cõcludit. C. Quod ſi leges omnes &c.
Hec aũt argumentum lõge à quæſtione petitum co-
ſcimus fiale. argumentũ uero qd in ſpecie eſt, ſemp
dubitatiõe proponitur. ſi hoc eſt, illud igitur nõ eſt.
hoc faciamus, aut illud faciamus. Verũ cum in pro-
tione ſi ẽ, dicitur, propoſitio hypothetica dicitur. argu
tũ igitur, qd in ſpecie eſt, debet ſemp cũ dubitatiõe
poni. huius propoſitionis facienda eſt approbatio.
ide aſſumptio eiuſdem ſpẽi facienda eſt p eandem
, ſed p confirmationem, cuius aſſumptionis facien
approbatio. tũc erit poſtrema cõcluſio. Talis in
miana oratiõe ſyllogiſmus eſt. Si inquit, doceo cãs
Clodio ut occideret Milonem, probo inſidiatorẽ.
propoſitionem approbauit. & ſi boni ne magno
emolumento impelluntur ad fraudem, improbi
paruo. deinde ipſam ſpẽm aſſumit p confirma-
m. habuit aũt cãs Clodius. Hãc rurſus aſſumptio
multis rationibus approbat. poſtremo concludit.
e ſi habuit cauſas Clodius, ut occideret Milonem,
t inſidiatorem fuiſſe. ergo quoties argumentum in
re fuerit, ſpecies aſſumenda eſt. quoties argumen-
in ſpecie fuerit, ipſa ſpecies aſſumenda eſt, ſed per
rmationem. Hoc autem tenere debemus in propo
uim totius argumentationis conſiſtere. Siue au-
n genere, ſiue in ſpecie ſit propoſitio, ex ipſa ta-
ſemper generatur aſſumptio. Docuit itaq; quin-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

quepartitam argumentationem per exemplum Epaminundæ. Deinde docuit quadripartitam argumentationem duobus modis nūc propoſitionis approbatione, nunc aſſumptionis approbatione ſublata. Deinde docuit tripartitam argumentationem utraq; approbatione ſublata. nunc quæſtio eſt, an ſit bipartita argumentatio. C. Si pepit, uirgo nō eſt. peperit autem. V. Multi dicunt eſſe bipartitam argumentationem hac ratione. Si inquiunt approbationes ſæpe, q̃ manifeſtæ ſunt, ſubtrahuntur, cur non & concluſio cum manifeſta eſt, ſubtrahatur, ut ſit bipartita argumentatio per propoſitionem, & aſſumptionem. ſi peperit, uirgo non eſt. peperit autem. Cicero hanc illorum ſententiam reprehē dit, dicitq; ſemper argumentationem concludendā eſſe, nec unquam tamen utendum eſſe manifeſta concluſione. Tunc autem hoc fieri poſſe, ſi concluſionum genera cognoſcamus. ſunt autem quatuor. Quarum concluſionum una talis cum breuiter concluſionis
facimus propoſitionis & aſſumptionis, & poſt adiungimus id, quod ex omni argumentatione cōficitur. Dat autem ipſe exemplum. C. Quod ſi leges omnes ad utilitatem reip. referri conuenit, hic autem ſaluti reip. profuit, profecto non poteſt eodem facto, & ſaluti communi conſuluiſſe, & legibus non obtemperaſſe. V. Secūda autem concluſio talis eſt, ut argumentatio ex contrario concludatur, et dat exemplum. C. Summa igitur amentia eſt, in eorum fide ſpem habere, quorum perfidia toties deceptus ſis. V. Propoſitio enim huius ſyllogiſmi talis eſt. C. Qui ſæpe numero nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere nō debemus.

emus. V. Hoc poſtquam probatum eſt, ita concludi
oortuit. igitur Carthagnenſibus fidem non habere
ebemus. ſed contrarium potius in concluſione conſti=
it. ſumma igitur amentia eſt in eorum fide ſpem ha
re, quorum perfidia toties deceptus ſis. Tertia con-
luſio talis eſt, ut id ſolum, quod ex omni argumenta-
ne conficitur inferamus. & dat exemplum C. ur-
m igitur diruamus, V. Quarta concluſio talis eſt,
m nō id, quod conficitur, in concluſione ponimus, ſed
quod eam rem, quæ conficitur, conſequatur. & dat
emplum. C. Si peperit, cum uiro concubuit. pepe=
autem, V. Hic conficitur. C. cum uiro igitur con
buit. V. Sed hoc in concluſione, quia manifeſtum
non ponit. ſed illud ponit, quod manifeſtum ipſam
ncluſionem conſequitur. C. igitur fecit inceſtum,
& enim ſi cum uiro concubuit, id conſequitur, ut fe
it inceſtum. antiqui autem quemcunq; hominum coi
n inceſtum appellabant. C. Quare in longis ar-
mentationibus, V. Dat præceptum, ut ſciamus, qua
ncluſione unaquæq; argumentatio concludenda ſit.
uoties inquit, longa fuerit argumentatio, aut propter
moriam conductiones facere in cōcluſione debemus.
ſi erunt in memoria, quæ ſupradicta ſunt, argu-
ntatio nobis ex contrario concludenda eſt. Verum
ga argumentatio non partibus, ſed menſura parti-
conſtat. ideſt non quinquepartita, aut quadripar-
argumentatio longa eſt. Sed in quacunque argu-
ntatione quoties latiores fuerint approbationes,
longæ erunt argumentationes. Ita & quin-
partita argumentatio ex modo approbationum



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

breuis poterit inueniri. Quare iq̃t, quæcunq; lõga argumentatio fuerit, duobus modis concludenda eſt. aut per conductionem id eſt ϲυναγωγὴν, aut per contrarium. Quoties autem breuis fuerit argumentatio, hoc ſolo: quod conficitur, concludenda eſt. In illis uero argumentationibus, quæ exitum manifeſtum habent, conſecutionem ponere in concluſione debemus. C. Si qui autem ex una quaq; parte putabunt conſtare argumentationem, V. Reprehendit etiam illos qui ex una parte dicunt fieri poſſe argumentationem. Hi inquit, errãt de nominis ambiguitate. Nam argumentatio duas ſignificationes habet, et argumenti, & argumentationis. Quare cum dicunt, ſi peperit, cum uiro concubuit, inuentum proferunt non expolitionem, id eſt argumentũ proferunt non argumentationem. Sed talis argumentatio eſſe non poteſt niſi cum expolita profertur oratio. Eodem modo inquit, et illi errant qui dicunt aliquando ſubtrahi poſſe nunc propoſitionem nunc aſſumptionem. Nam quoniam utraq; harum monet auditorem, neutra neceſſe eſt ſubtrahatur expolitioni. Itaq; magnopere ſtudendum eſt quia inuentio cunctis oratoribus cõmunis eſt. Sed ipſi oratores dicendi modo aut optimi ſunt, aut mediocres, aut infimi. C. Variare autẽ orationem magnopere oportebit. V. propter faſtidiũ uaria inquit, uti oratione debemus, ut nunc per inductionem argumentationem argumentemur nunc per ratiocinationem. Deinde in ratiocinationibus, nunc quinquepartitam, nunc quadripartitam, nunc tripartitam faciamus argumentationem. Deinde, ut nõ ſemper prima ſit propoſitio, ſed aliquando aſſumptio prima ſit.

Hæc

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

æc inquit, ut melius inſpiciamus, aut inſcribamus ipſi, & nos exerceamus, aut ſi id piget facere, ea quæ ſu- ra poſita ſunt exempla, uideamus, & in ipſis hanc xerceamus uarietatem. Illud autem præcipit ſyllogiſ- os omnes in dialectica contineri, hos paucos inde de- uatos qui oratori conuenire uidebantur. Denique iſti nõ llogiſmi ſed epicheremata dicuntur.

Eprehenſio eſt, per quam argumentando ad- uerſariorum confirmatio diluitur, aut infir- matur, aut alleuiatur. V. Iã de quatuor ptī s orationis dictum eſt, de exordio, de narratione, de rtitione, de confirmatione. Nunc ſecundum ordinẽ reprehenſione tractandũ eſt. Reprehenſio eſt orã- quæ poſt noſtram confirmationẽ aduerſariorũ cõ- mationẽ reprehẽdit. hæc duo agit, aut omnino tol- quod aduerſarius dixit, aut infirmat, ac leuius red t. Verum ipſa reprehẽſio ex illis locis argumentorũ pitur, ex qbus confirmatio. i. ex attributis pſonæ, & tributis negotio. materia enim argumentorũ commu- eſt tam confirmanti, quã reprehendenti. & cũ tria t data confirmationi, materia, argumentum, argumẽ no, materiã non reprehendimus quæ nuda atque cõ- nis eſt, ſed argumentũ, aut argumentationẽ, reprehẽ mus. & quoniam in confirmationem uel reprehen- em communiter hactenus præcepta tradidimus, de- mus ſcire certos modos reprehenſionis. ſunt autem atuor principales modi. Si aut ſumpta reprehen- mus, aut concluſionem, aut genus argumentationis. iſi hæc tria nullo modo reprehendi poterunt, quod tremum eſt), facere debemus, ut aliud contra argu-

mentum firmum, aut firmius proferamus. ſumpta ſunt quæcunq; nobis ad fidem ſumimus. ad fidem autem ſumimus argumentum. ergo argumenta ſumpta ſunt. & quoniam argumentum non niſi ex confeſſo fit, recte ea quæ ex confeſſis argumenta ſumimus, ſumpta dicuntur. Sunt autem ſumpta ſemper quatuor probabilia, tria neceſſaria. Probabile & enim argumentum in quatuor diuiditur. Credibile, ſignum, Comparabile, iudicatum. Neceſſarium in tria diuiditur. Complexionem, enumerationẽ, ſimplicem concluſionem itaq; quia ſeptem argumenta ſeptem ſumpta ſunt, de quibus argumentis cum aduerſarius quodcunque ſibi ad fidem ſumpſerit, tu cótinuo certis modis poteris reprehendere. quos modos à Cicerone traditos in ſingula ſumpta reprehendenda diligenter debemus attendere atque retinere. C. Quod pro credibili ſumptum erit, id infirmabitur, ſi aut perſpicue falſum erit, hoc modo.

V. Enumerauit ſeptem eſſe ſumpta. Nũc docet unumquodq; ſumptũ quot modis reprehẽdi poſſit, et à probabili argumento incipit, in quo quatuor continentur. Credibile, Signum, Comparabile, Iudicatum. Itaq; inquit, ſi aliquid ab aduerſario pro credibili argumento fuerit prolatum, quinq; id modis poſſumus reprehendere. Si aut inquit, quod ſolidum, aut primum eſt argumentum, ipſum falſum eſſe doceamus. Aut ſi ex contraria quoque parte credibile eſſe monſtremus, aut ſi omnino erit incredibile, aut ſi id, quod paucorum eſt, omnium eſſe dicatur, aut ſi id, quod raro contingit, fieri omnino denegetur. Falſum eſt, quod in re falſum eſt, & quod omnino aliter eſſe contendimus, ſicut ipſe ait.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nemo eſt, qui non pecuniam, q̃ ſapientiam malit, Hoc itaq; falſum eſt, ut etiã ſi unus fuerit inuen- qui ſapientiam malit, argumentum aduerſarij fal- n eſſe dicatur. Ex contrario quoq; credibile erit, ſi id ab aduerſarijs pro credibili prolatum nihilomi- s credibile ſit ſi conuertatur. Vt puta quis eſt qui non icij cupidior, q̃ pecuniæ ſit? hoc utique aduerſario o credibili prolatum eſt, quod conuerſum nihilo= nus credibile eſt, ſi dicas. Quis eſt qui non pecu- e cupidior, q̃ officij ſit? Ergo credibile reprehendi- , quod ex contraria parte conuerſum nihilominus dibile poteſt uideri. Incredibile autem dicetur, quod hominum opinione diſſentit. & hoc intererit in- falſum & incredibile, ꝙ falſum in ipſa re eſt, in= dibile uero in opinione. Itaque inquit, incredibile , ut puta ſi auarus dicatur mediocris officij cauſa ximam pecuniam comtempſiſſe. Hoc itaq; apud opi nem hominum credi non poteſt. quando enim aua- maximam pecuniam contemneret mediocris officij ſa, qui ob paruam pecuniam ſæpe officia magna temnit. Inter falſum, & incredibile hoc intereſt, od falſum & credibile eſſe poteſt, & incredibile, nde, quod incredibile eſt, uerum eſſe poteſt, & fal= . Sed uerum duplex eſt nunc id, quod uere ge- m eſt, nunc id, quod uere geſtum eſſe quibuſdam ra- ibus approbatur. Itaq; ſæpe, quod uerum eſt, et qa ũm eſſe non poteſt, incredibile eſt. Verũ enim, ꝙ Si n uolauit, ſed tamen incredibile eſt. Deinde ſi dicas o die duas controuerſias pſcripſi cum non perſcri- ris in re qdẽ falſum, ſed tamen qa fieri potuit, cre-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dibile eſt. Rurſus credibile argumentum reprehendi poteſt, ſi quod paucorum eſt, omnium eſſe dicatur, ut puta. qui pauperes ſunt, his non officiũ magis q̃ pecunia cordi eſt. Hoc quia generaliter dictum eſt, reprhendi poteſt. Nã poſſunt aliqui pauperes inueniri, quibus officium magis cordi ſit q̃ pecunia. Nec nos moueat, qđ in argumento credibili, quod quidem ex perſonis fieri diximus exemplum de loco poſuerit, credibile eni argumentum. i. probabile maxime quidem perſonarũ eſt. Sed fit etiam ex attributis negotio. i. ex loco, tempore, uel reliquis. Itaq; ſub hoc modo reprehenſionis duo exempla poſuit, unum à perſona, aliud à loco. Illud autem, quod tertium uidetur exemplo illi, quod ſub extremo modo poſitum eſt cõggruũ, nõ tertium eſt exemplum, ſed ſecundi concluſio, ut primum exemplum à perſonis ſit. C. Qui pauperes ſunt, his antiquior officio pecunia ẽ. V. Secũdũ exẽplũ à loco ſit. C. Qui locus deſertus eſt, in eo cædem factam eſſe oportet. In loco celebri homo occidi q̃ potuit? V. Itaq; hoc præceptũ tenere debemus, quod ex attributis perſonæ maxime credibile argumentum conficitur. Eſt tamen & in factis credibile. Signũ autem non niſi ex factis conficiũ. Scire tamen debemus ex attributis perſonæ fieri & neceſſariũ argumentũ, ſi dicas pedibus æger quinquaginta milia q̃ potuit ambulare. Poſtremo credibile argumentũ poteſt reprehẽdi, ſi id, qđ raro fit, nunq̃ fieri poſſe dicatur. Vt puta nemo eſt qui puellã præteriens adamet. Hoc rurſus generalitar quia dictũ eſt, poteſt reprehendi. Nã frequenter & ſemel uiſa puella, poteſt adamari, ut in Eunucho adamat Cherea, & in Vir

t uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error. His itaq;
uinque modis credibile poterit reprehendi, ſi aut p=
nue falſum eſſe oſtendatur, aut conuerſum ex cõtra-
ia parte nihilominus credibile ſit, aut ſi incredile de
nſtretur, aut ſi, quod paucorum eſt, omniũ eſſe dica-
r, aut ſi, q raro fit, id nunquam fieri poſſe dicatur.
quod autẽ pro ſigno ſumetur, id ex iiſdem locis q-
s confirmabitur, infirmabitur. V. Dixit quot modis
edibile poſſit reprehẽdi, nũc trãſit ad ſignũ. Si iqt,
aduerſario aliquid pro ſigno proferetur, id iiſdem
is reprehendi poteſt quibus confirmatur. Verũ quo-
in definitione ſignum eſſe dixit, quicquid in ſenſus
lit maxima ſigna ſunt, & quæ in cõtrouerſiis fre=
ẽtius neceſſe eſt inueniri. Oculorũ, et auriũ. Oculorũ
llet. puluerulentus eſt, cruentus eſt. Auriũ uero hoc
xit hoc locutus eſt. Itaq; præter hæc ſigna quæ oculis
ntóq; monſtrãtur, omne factũ ac dictum ſignum eſt.
e facta, & dicta negotio attributa ſunt. i. continẽ=
cũ ipſo negotio. Quæ facta & dicta tripliciter cõ-
rantur, ante negotiũ, in negotio, poſt negotium. Itaq;
n ex his quæ negotio attributa ſunt, argumenta ſum
rimus, ſignum eſt, ideſt ex his quæ continentia cum
negotio ſunt, & quæ in geſtione negotij continen-
deinde ſi ex his fecerimus argumentum quæ p=
is attributa ſunt, credibile erit, & hoc ideo argu=
ntum dicetur, ut quaſi argumentum à perſonis fiat
um à negotijs, & ideo Cicero in cæliana. Argu
tis agemus, ſignis luce omni clarioribus crimina re=
emus. Igitur ſi aduerſarius inqt, aliquid pro ſigno
ulerit, iiſdem ex locis reprehendere debemus, qui-

bus confirmatur, & quoniam ignoratur quibus ex locis ſignũ confirmari debet, id ipſum docet. Confirmatur autem quatuor modis. Primo inquit, ſignum ipſum manifeſtum eſſe debet, ideſt, ut cum dixeris pallet, uere palleat. Deinde poſtquam conſtiterit eſſe ſignum, cõſtet rurſus eius rei eſſe ſignum de qua agitur, ut ſi dicas occidit, nam cruentus eſt. Et quoniã diximus factũ omne ſignũ eſſe, in facto autẽ, & facta & dicta ſunt. C. cõfirmamus inqt, ſignum, ſi aut id factum dicamus quod non oportuerit, aut id factum, quod oportuerit. V. Sed quia interdum p ignorantiã prouenit, ut aut id non faciamus, quod oportet, aut id faciamus, quod non oportet, tunc autẽ grauius delictũ eſt, ſi faciamus quæ non facienda ſunt, quia in eo, quod facimus faciendum uel non faciendum, ineſt ſcientia delinquẽtis. ſcit enim quia aut faciendum eſt, aut non faciendum, iccirco poſtremum illud addidit ad confirmationem ſigni, ut non modo aliquid fecerit, aut non fecerit, ſed etiam ſcierit faciendum eſſe, aut nõ eſſe faciendum. C. Poſtremo inquit, ſciſſe eum, de quo quæritur, eius rei legem, & conſuetudinẽ. V. Itaq; quatuor modis ſignum confirmamus. Primum, ut uerum ſit, deinde, ut eius rei de qua agimus, ſignum ſit, deinde, ut doceamus, aut id factum eſſe, ꝙ non oportuerit, aut id non factum, qđ oportuerit. Poſtremo etiã ſciſſe eum utrũ fuerit faciendum an non faciendum. Hæc quatuor confirmando ſigno attributa ſunt, quorum ſi aduerſarius quodlibet ad confirmandum protulerit, tu id quinq; modis reprehendas. Dicere enim debebis inquit, C. aut non eſſe ſignum. V. i. ſi dicatur homicidiũ fecit nã pulverulentus eſt non

homicidium puluis ſignum eſſe nō poteſt, C. aut pa magno eſſe ſigno. V. & enim non modo ſignum ōferendū eſt, ſed et plenū ſignum. Vnde illud in Te-no. Iā ſcio magnum ſignū. C. aut à ſe potius, q̃ ad-ſarijs ſtare. V. ſi dicatur ſcelus fecit, nā erubuit, cū contra poſſis dicere. Immo ſcelus nō potuit facere, qa ubuit. C. aut omnino falſò dici, V. ſi dicatur, neſcio pallere cū non palleat. C. aut in aliā quoq; ſuſpi-ē duci poſſe demonſtrabitur. V. ſi dicatur. quia pal cidit hominē, cū ſit pallor & ægritudinis. Itaq; ſi d ad confirmādū ſignū fuerit prolatum, his quinq; dis reprehendi oportebit. Quod quidē ſe in ſecun ūbro de cōiecturali cauſa ſignantius tractaturū eſ-promittit. Comparabile argumentum ex ſimilitu-conſiſtit, quod ut reprehendas, id qđ aduerſarius le eſſe uult, tu contra diſſimile debebis aſſerere. imile autem aliquid, aut ſimile ſit, octo rebus oſten r. C. genere, natura, ui, magnitudine, tempore, loco, a, opinione, V. Verū in his animaduertere debe-qd aduerſarius cōparet ac ſimile eſſe perſuadeat, l poſtquā perſpexerimus, illud ipſum nos diſſi-debemus oſtendere, qđ aduerſarius ſimile eſſe cō-it. Alioqui ſtultū eſt, ut cū aduerſarius res inter ſe licat ſimiles per naturam, nos eas, aut magnitudi-ſſe dicamus diſſimiles, aut genere, aut loco uel cæ-ſed id, q ſimile eſſe dicitur in natura, nos contra dem natura diſſimile debemus oſtendere. Quod is dicatur ſimile eſſe in pſona, nos in eadē pſona mile eſſe doceamus. Octo itaq; modis diſſimile ali-neceſſe eſt comprobari. Genere, natura, ui, ma-

gnitudine, tempore, loco, perſona, opinione. C. Generis V. triplicem ſignificationem ſcimus eſſe. Eſt aũt genus, idest ſanguis, aut patria. eſt genus. ſub quo plures partes continentur, eſt genus rerum qualitas. Hic itaq; genus duo illa ſignificat, ſub quo ſunt ſpecies, & illud quod qualitatem deſignat. Genus illud, ſub quo ſpecies ſunt, ita ad ſimilitudinem ducitur, ut in hoc exemplo. ſi ijs qui imprudentes læſere, ignoſci oportet, hiſ qui neceſſario profuere, gratiam haberi non oportet. in his enim ambobus unum genus eſt uoluntas abſens, cuius ſpecies ſunt imprudentia & neceſſitas. itaq; hæc ſpecie diuerſa, genere ad ſimilitudinem referuntur. i. quia in utroq; abſens uoluntas. Illud autem genus, quod qualitatem ſignificat, confertur, cum utile utili, honeſtum honeſto conferimus. ut puta tam hoc utile quã illud, tam hoc honeſtum quã illud. Tertium illud genus, qđ aut ſanguinem oſtendit, aut patriã, ad locum referri oportebit. C. natura V. aũt confertur, ita ut in hoc exemplo in quo populi natura cum maris comparatur. Vt mare inquit, ꝙ ſua natura tranquillũ ſit, uentorum ui agitari, atq; turbari ſic. r. p. ſua ſponte placatam hominum ſeditioſorũ uocibus, & uiolentiſſimis tempeſtatibus concitari. C. Vim V. ſæpe eſſe diximus ſingulorum uerborum ſimplicem ſignificatiõem. Hoc eſt illud neſcio quid, quod intelligimus cum dictum fuerit ſacrilegum. Iam C. magnitudo V. erit ipſius uis exaggeratio, ut puta ſacrilegum atrox. In C. loco V. illa, quæ iam abunde tractata eſt, qualitatem loci inſpicimus. C. Tempus itidem ſuis inſpectum ſemper partibus conferamus, ut ſi opportunitas eſt opportunitati

ſi ſpatiũ

tiū conferamus. C. Perſona. V. autē oīno manifeſta
C. Opinio. V. uero eſt iudiciū populi. Hæc ita cō-
etur ſi dicamus. ſic de illa re iudicatum eſt, ſic de hac
icatum, aut iudicandum eſt, aut aliter de illa re iu-
tum aliter de hac iudicatum, aut iudicandū eſt, ut ſi
nobis eſt, confirmetur, ſi contra, mutetur opinio.
ac ſi quo in numero illud, qđ ꝑ ſimilitudinem affer
V. hoc non quaſi alius aliquis modus conferendi
ne forte qs credat, ſed opinionis expoſitio. C. quæ
dem unam partem tenet ſolam, V. ideſt illam cum
aduerſarijs coniuncta diſſoluimus. C. Si iudicatū
uod infertur, quoniam id ex his locis maxime fir-
ur, V. Et ad hoc nihilominus corfirmandum ipſe
is indicat corfirmationem. Nā quatuor modis dicit
irmandum nobis eſſe iudicatum, quibus utiq; ſub-
infirmari poſſe declarat. Hoc eſt. C. laude corū,
udicarunt, ſimilitudine eius rei, qua de agitur, ad
rem, qua de iudicatum eſt, commemorando non
non eſſe reprehenſum iudiciū, ſed ab omnibus
robatum, & demonſtrando fuiſſe id difficilius, &
s iudicatum quod affiratur, quàm id, quod infert.
um enim afferimus iudicatum, ut id noſtræ cau-
pſit, neceſſe eſt primo à laude eorum qui iudica-
id, quod iudicatum proferimus, ordiamur. Per
ntium enim authoritatem iudicati authoritas cō
tur. deinde, ut id, ꝙ iudicatum proferimus ſimile
de agitur, eſſe monſtremus. Tum enim nos iudi
adiuuabit, ſi huic ſimile demonſtretur. Verum
imilitudo octo illis ſimiliter partibus facienda eſt
genere, natura, ui, magnitudine, loco, perſona,



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

tempore, opinione, & omnino hoc iam tenere debemus quamcunque ſimilitudinem his nobis partibus eſſe faciendam. Deinde tertio modo iudicatum confirmamus, ſi oſtendamus ipſum iudicatum. C. non modo eſſe reprehenſum V. & nō modo nō reprehenſum, ſed etiam ab omnibus approbatum. ut hi iudices de hoc negotio ſimilia ſperare cogantur. Extremum illud ſi difficilius, & maius iudicatum, quàm id quo de agitur, eſſe doceamus. Nunquã enim iudex in minore negotio facere dubitabit id, qđ iam iudicatum in maiore perſpexerit. His itaq; locis iudicatum confirmatur. iiſdē conuerſis infirmatur. i. ut iudices uituperes, ut negotiorum diſſimilitudinem doceas, ut reprehenſum iudiciũ illud demonſtres, et ut illud iudicium minus, ac facile. hoc uero difficile, ac maius oſtendas, deĩde doceas quae uitia in aduerſario perſcrutari, atq; inuenire debeamus. i. ne forte illud iudicatum, quod affertur huic negotio, nihil proſit, & ne illud proferatur iudicium, in quo iudices contraxiſſe conſtet offenſam. Tertio illud cōſiderandum, ne cum pro nobis ſimilia ſint multa iudicia, ab aduerſario unum aliquod diſſimile proferatur. ſtatimq; frangetur, ꝙ quaſi probabile pro probabili profertur. Nam id quod uere probabile eſt, nullo modo aut difficillime poterit infirmari. Hoc eſt quod ait. C. contrarijs locis, ſi res aut uera, aut uerisimilis permittet, infirmari oportebit. Quae uero ſicuti neceſſaria inducentur, V. Tranſit à probabili ad neceſſarium argumentum, ꝙ neceſſarium arg. ſi neceſſarium rebus ipſis fuerit, nulla ratione poterit reprehendi. ſin autem non rem, ſed modum ac formam neceſſaria

argumenta.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

umentationis habuerit, reprehēdetur. nouimus itaq;
bus modis fieri neceſſariam argumentationem, per
plexionem, per enumerationem, per ſimplicem con
ionem. Complexio eſt, in qua utrum conceſſeris, id
tra te futurum eſt. Hæc ita, ut diximus, ſi omnino
ſſaria eſt, non poterit reprehendi. Sin autem ſolam
mam neceſſariæ argumentationis tenebit, duobus
dis reprehēdetur. aut per conuerſionem, aut per al
us partis infirmationem. quos modos facile poteri-
agnoſcere, ſi ipſa neceſſariæ argumentationis for=
ponatur. C. Sin ueretur, quid eum accuſes, q pro-
eſt? Si nō ueretur quid accuſes, qui parui auditum
nat? V. Hoc per conuerſionem ſic reprehēdimus,
cellato uelluti reſpectu primam propoſitionem ad
ndæ propoſitionis dimittamus euentum. deinde ſe-
lam propoſitionem ad primæ propoſitionis ſubri-
is euentum. ita tamen ut euentibus negatio adiun=
copuletur hoc modo. Si ueretur accuſes. quia id non
i auditum æſtimat. deinde ſi non ueretur accu-
uia non probus eſt. ita conuerſionum euentuum
undum eſſe aſſeruit, quem aduerſarius dixerat nō
undū. Accuſatio autem hic nō publica eſt, ſed priua
iurgatio. unius uero partis huiuſmodi reprehen-
. Cum ex propoſitis duobus unumquodq; ſi an=
Altero enim infirmato uacillat alterum. C. Si ue
accuſa, V. facile enim uerecundus ab errore
ur. C. Enumeratio uitioſa itelligitur, ſi aut præ=
qddā dicamus, q uelimus cōcedere, aut infirmum
id annumeratum, V. Enumeratio ps neceſſariæ
mentationis eſt. Hæc cuiuſmodi ſit, ſupradiximus.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Verum cum ab aduerſario proponetur, duobus modis poterit reprehendi, ſi aut aliquid prætermiſſum eſſe in enumeratione doceamus, quod pro nobis ſit, aut ſi omnia quidem enumerata ſunt. ſed in his, aut contrarium ponimus, et falſum eſſe monſtramus, aut confitemur aliquid ita eſſe, & oſtendemus eſſe pro nobis. Primus itaq; modus ubi aliquid præteritū demonſtramus, qđ prolatum noſtræ cauſæ proficit, ut eſt illud de equo quem poſt aduerſarij enumeratonē. C. ex hoſtibus. V. captum eſſe memorauit. i. ex præda, quæ propria cuiq; non quæ confuſis omnibus fuerit communiter diſtributa. Alter eſt modus reprehēſionis in enumeratione, in quo duo reſpicimus, utrum aliquid contrarium poni poſſit, an aliquid confiteamur ex his quæ aduerſarius enumerauit, propterea, ꝙ honeſtum eſt. C. cōtrariū ponimus. V. ſi cum aduerſarius æquum negat hæreditate ueniſſe, nos hæreditate ueniſſe doceamus. C. Cōfitemur autem. V. aliquid, ꝙ honeſtum ſit, ut ſi aduerſarius dicat. C. aut inſidias facere uoluiſti, aut amico morem geſſiſti, aut cupiditate elatus es, V. nos dicamus amico morem geſiſſe, quod utiq; in confeſſione turpe non eſt. Maxime ſi ea, quibus cum hoc poſitum eſt, conſideremus. Ita in reprehenſione enumerationis aut prætermiſſum aliquid oſtendimus. quod tamen illatum pro nobis ſit, aut ex omnibus quæ poſita ſunt nunc aliquid per contrarium refutamus, nunc quis pro nobis eſt, confitemur. C. Simplex autem concluſio reprehenditur, ſi id, quod ſequitur, nō uideatur neceſſario cum eo, qđ anteceſſit, V. Hæc quoq; ſi ex utroq; quo conſtat. i. ſi ex propoſito, & adiuncto erit neceſſaris,

eprehendi omnino nõ poterit. Eſt autẽ huiuſmo=
:. Si dies eſt, lucet. ſi natus eſt, morietur. V. Vtiq;
a neceſſarium eſt, ut frangi omnino non poſſit.
autẽ ſimplex concluſio poterit reprehẽdi, ſi oſtẽ
adiunctũ nõ cohærere propoſito. Vt puta. C. ſi
eſt, diligit ſi aliquando peccauit, nunquã corri=
V. utiq; hoc cum adiunctum conſideras neceſ-
ohærere non poſſe, neceſſarium eſſe non poterit,
potius probabile. Ita neceſſarium per ſe conſtat.
bile multis aſſeritur argumentis. Hoc autẽ. C. ſi
ndo peccauit, nunquã corrigetur, V. multis aſ-
lum eſt argumentis. Quod uero multis aſſeritur
entis, neceſſarium non eſt. Recte igitur huiuſmodi
enſa concluſio eſt, ſi formam neceſſariam, rem
robabilem continere monſtretur. Verũ hæc cum
æcepta de dialectica traxit, quæ magna, et dif=
ſt, de qua ſi facultas fuerit, poſtea tractaturum
promittit. C. Cum igitur ex ijs, quæ ſumuntur,
l nõ conceditur, ſic infirmabitur. V. Oẽm argu
tionem quatuor modis dixit poſſe reprehendi. Si
ſumpta reprehendamus, aut concluſionem, aut ſi
pſum argumentationis uitioſum eſſe monſtremus,
ontra firmum argumentum aliud noſtrũ æque
atq; firmius opponamus. Itaq; iam ſumptorũ
eprehenſio eſt. Sin autem inquit, reprehendi
non poterunt, tunc erit reprehendenda con=
oncluſione. Itaq; hoc animaduertendum eſt prin
r, ne cum in propoſitione ſit aliud aut eſſe poſ-
l, concludatur. Hoc itaq; uitium erit dicentis, ui-
rro, aut apertum, aut obſcurum. Atq; apertũ

in cõcluſione uitiũ erit, ſi res cum alia in propoſitione teneatur, alia omnino res in concluſione ponatur, ut puta ſi agitur, an neſcio qui ad exercitum ſit profectus, et contra eum quis ſic uelit argumentari. C. Si ueniſſes ad exercitum, à tribunis militaribus uiſus eſſes, non es autem uiſus ab his, non es igitur ad exercitum profectus. V. hic utiq; apertum uitium eſt. nam propoſitio tenet. C. ſi ueniſſes ad exercitum, V. Concluſio. C. non es igitur ad exercitum profectus. V. cũ iuxta propoſitionem debuit concludi nõ igitur ad exercitum ueniſti. Hoc itaq; apertum uitium. In obſcuro autem duo nobis attendenda ſunt, ne aut ambiguitate propoſitionis, aut obliuione fallamur. Ambiguitas in propoſitione talis eſt. C. Si indigens pecuniæ, pecuniam non habens, V. Nam omnino qui pecuniam non habet, indiget pecuniæ, & ille qui habet, ſed maiorẽ habere deſiderat, indiget pecuniæ. Indigere enim uoluntatis eſt. hæc itaq; propoſitio ambigua eſt. Sed indigens pecuniæ, pecuniam non habens. huius propoſitionis quãcunq; aduerſario propoſitam concluſionem alterius rei interpretatione poteris reprehendere. Vt ſi concluſione mendicos poſuerit, tu dicas eos, qui pecuniæ indigeant, non te mendicos intellexiſſe, ſed eos qui cum haberent, maiorem tamen pecuniam uellent. Deinde ſi ille huiuſmodi homines in concluſione poſuerit, tu contra in propoſitione dicas te intellexiſſe mendicos. i. aduerſarij concluſionem propoſitionis uiſa ambiguitate ſubuertes. Deinde aliud obſcurum uitium eſt cum obliuiſcimur quid in propoſitione ſit poſitum, & aliud in concluſione conficitur, ut puta. C. ſi ad illum hæredi

ueniebat, ueriſimile eſt ab illo necatum. V. hic ueriſimilitudo poſita eſt. Deinde hanc propoſitionem pluribus uerbis approbant. ſcilicet, ut memoria propoſitionis ex animis auferatur. Poſt aſſumunt. C. ad illũ autem hæreditas ueniebat. V. Poſtremo inferunt conclusionem. C. Ille igitur occidit. V. Vtq; in hac concluſione obliuio noſtra temptatur. Supra.n.poſitum eſt ueriſimile eſt ab illo necatum. Hic poſt approbationem longiſſimam propoſitionis non concludit. Veriſimile eſt igitur ab illo necatum, quod probabile eſt. Sed ille igitur occidit, quod neceſſarium eſt, quodq; approbatæ illi propoſitione diſſentit. Itaq; diligenter debemus attendere, ut concluſionẽ aduerſarij, aut ambiguitate propoſitionis conuertamus, aut qa meminimus quid in propoſitione ſit poſitum, eandem concluſionẽ falſam eſſe doceamus. C. ipſum autem genus argumentationis uitioſum his de cauſis oſtendetur, V. Tertius reprehenſionis modus eſt, cum ipſum genus argumentationis uitioſum eſſe monſtratur. Verũ hoc tenere debemus, quod ſumptæ ſola nuda, & generaliter patentia modis ſuis reprehenduntur. Genus autem argumentationis in cauſa, in ſpecie poſitum conſiderare debemus, quod quidẽ ... temptis ſuis, & forma dictionis, quantum in ſe eſt, integrũ eſt. Sed cum in cauſa poſitum, quid operetur, attendimus, tunc in in eo uicia poſſumus inuenire. Itaq; ipſum genus argumentationis duobus modis uitioſum ... C. Cum aut in ipſo uitium erit, aut cum ad id, quod inſtituit, non accõmodabitur. V. In ipſo uitiũ eſſe quatuordecim modis poſſumus inuenire. Deinde nõ accommodari ad id quod inſtituit, duodecim modis poſſu-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mus deprehendere. quæ omnia Cicero, partim quia aperta ſunt ſolis propoſitionibus, partim quia obſcuriora ſunt, etiam exemplis propoſuit, & explicauit. nos eadem pſequi imo repetere longum ac ſupfluū eſt. C. Quartus modus erat reprehenſionis, p quē contra firmam aduerſarij argumentationem æque firma aut firmior ponitur. V. Quarta reprehenſio pertenuis eſt, & defectis omnibus extrema neceſſitate ponenda. nam et ſumpta uera eſſe concedimus, & concluſionem recte habitam fatemur, et ipſum genus argumentationis uitioſum nō eſſe concedimus. ſed contra firmā aduerſarij argumentationem nos quoniā nihil poſſumus reprehēdere, aliā argumentationem æque firmā, aut firmiorem proponimus. Verū hoc in deliberatiuo genere cauſæ uſu prouenit. cum aut utile aliqd aduerſario concedimus, ſed nos aut utilius, aut honeſtius aliquid demonſtramus, aut honeſtum aliqd aduerſario concedimus, ſed nos honeſtius aliquid, aut neceſſariū eſſe monſtramus. uerum nunc trāſit ad concluſionem. i. ſextam, eandemq; extremam partem totius orationis. Quo loco Hermagoras digreſſionem ſupponit. i. orationem, in qua præter controuerſiam cauſæ, aut laus noſtra, aut aduerſarij uituperatio contineatur, aut quæ ad aliam rem tranſitum faciat, non per argumentationem, ſed per amplificationem. hanc Tullius nō partem orationis uult eſſe, ſed in omnibus orationis partibus inſeri tari, ac ſubijci poſſe declarat. ut certis locis poſt rē aliquam probatam, aut amplificationem aliquam ſubijcias, aut laudem, aut uituperationem. itaq; non digreſſionem ſexto loco, ſed concluſionem Tullius ponit.

Concluſio

ONCLVSIO eſt exitus, & determinatio toti
us orationis. V. Concluſio eſt inquit, finis,
ac terminus orationis, ſed totius orationis.
t epilogos accipiamus. huius concluſionis partes ſunt
. enumeratio, indignatio, conquæſtio. Verum hoc di
t, q̄ indignatio, & conquæſtio tantum animos mo
t diuerſo tamen exitu, nunc uero iracundia con-
aduerſarios commouentur, nunc miſericordia ai-
os. Enumeratio uero & animos mouet, & fidem
nā cum repetit quæ dicta ſunt, fidem. cum uero
ia coaceruat, et colligit, animos mouet. hæc enume
o non ſemp̄ uniformiter ea quæ dicta ſunt collige
debebit, ne cum odioſum, tum etiam, quod maxime
rarium eſt, fieri uideatur ex arte. itaq; ſupradicto
repetitio uariāda eſt. Variatur autem modis qua
ſi aut eas res quas ante dixiſti, breuiter perſtrin
& colligas, quod quidem factu facile eſt. aut ſi in
oriam audientiū reuoces, quas partes in partitio=
ropoſueris, & quibus rationibus unamquāq; par
onfirmaris. aut ſi interroges iudices, quid amplius
t cognoſcere, cum hoc & hoc docuerimus, cū hoc
oc planum fecerimus. atq; hæc nunc p̄ noſtrarū
mentationum repetitionem, uel confirmationem,
etiam per aduerſariorum argumentationum re=
enſionem. Deinde hæc ipſa enumerationum gene
on ſemper à noſtra perſona facienda ſunt. ſed
à noſtra, nunc à ſuppoſita, nunc à re. A no=
erſona quemadmodum accipiat orationem in
ptu eſt. Suppoſitæ autem perſonæ accommodatur
ſi dicas, nam ſi legis ſcriptor aſſiſtat, & quærat

à uobis quid dubitetis, quid poſſitis dicere, cum uobis hoc et hoc ſit demonſtratum. Rei et ſic accommodatur oratio, ſi aut lex, aut locus, aut urbs, aut monumentum aliquod accipiat orationem. Per . C. enumerationem ſic. V. Quod ſi leges loqui poſſent, non'ne hæc apud nos quærerentur? Quid nam amplius deſideratis iudices, cum uobis hoc, & hoc planum factum ſit? Verum etiam in his enumerationibus, quæ aut ſuppoſitæ perſonæ, aut rei dantur. ita, ut in noſtra perſona illa omnia enumerationũ genera urianda ſunt. ut nunc ſingulatim ſingula noſtra argumenta percurrantur, nũc partitionis promiſſio ſuis rationibus exæquanda ſit, nũc interrogatio ad iudices facienda, nunc & noſtrarum, & aduerſariorum argumentationum copulanda collatio. Commune autem hoc erit in enumeratione præceptum, ut ex una quaq; argumentatione, quoniam non poteſt recenſeri unumquodq;, quod ualidum eſt, deligatur, ut memoria renouetur, non omnis repetatur oratio. C. Indignatio eſt oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur. V. Indignatio, & conqueſtio tantummodo motus excitãt ad iracundiam uel odium. Indignatio ad iram. ad miſericordiam conqueſtio. quæ utraque hiſdem locis ſumi poterit, quibus argumentatio cuncta conſiſtit. ideſt ex attributis perſonæ, & attributis negotio. ex his enim & fides comparatur, & cumulus. uerum indignatio propria ueluti accuſatoris eſt, ut iram in reum ſuſcitet. conqueſtio autem uelut propria defenſoris eſt, ut in reum ſuſcitet miſerationem. Sed cum indignatio uel

quæſtio apud perſonas agentium pro proprietate
ualeant. utrunq; tamen ab utroq; faciendū, nam et
uſator iram in reum, miſerationem uero pro ſe ſu=
re debet, & rurſus defenſor miſerationem pro ſe,
n uero in accuſatorem ſuſcitare debebit. Hoc ita
ndum quemadmodum etiā ab utroq;, & proprie
umentationes confirmantur, et aduerſariorū repre
duntur. uerum cum indignationi, & conquæſtioni
dederit generale atq; cōmune præceptum, ꝙ ex
ibutis pſonæ uel negotio ſumi poſſunt, dat tamen
ulis proprios locos. indignationi quindecim, cōquæ
ii ſexdecim. nec nos locorū ipſorū ordo moueat, ꝙ
uoſdam numeros ordinantur, nulla & enim etiā
ordine rerum auxeſis eſt, nullus gradus ad ma-
ut ad minus, ſed idcirco locis ipſis numerus datus
mia melius & tenentur ſæpe præcepta, nullāq; re
int confuſionem ſi ad memoriam numeris collocen=
quāq̄ indignationis primum locum recte ſumpſe-
ꝙ ex rebus omnibus à numinibus traxit exor=
ſed, ut diximus. in hoc locorū numero rerum or-
m nolo quæramus, ſed ex more manifeſtioris præ
factum eſſe meminerimus iam ipſi loca diligen-
nſpicientibus manifeſti ſunt. i. res quæ præcipiun-
ūcale ſpici poſſunt. Illud tamen præceptum tenere
mus ſiue in indignatione ſiue in cōquæſtione, nos
bibus uti non opertere, ſed his quos cauſa ſugge-
neq; his omnibus, ſed quo ad iudicantium animi
rantur. ꝙ ſi etiam uno aliquo loco factum uide-
us, orationem continuo finire debemus. Ira. n. uel
rymæ dū incipiūt ac recentes ſunt, plurimū ualēt.

C. Conquæſtio eſt oratio auditorum miſericordiam captans. V. Diximus conquæſtionis opus hoc eſſe, ut animos iudicantium ad miſericordiam moueat. Huic autem dat proprios locos ſedecim, in quibus, ut diximus, non erit nobis rerum ordo quærendus. ſed quicunque locus ad miſericordiam efficiendam pro negotij qualitate ſumendus. hoc autem ſcire debemus multos eſſe cómunes locos, & indignationi, & conquæſtioni, & recte. neque enim iudex poteſt nobis præbere miſericordiam, niſi iram aduerſariorum conſequatur, aut iraſci poterit aduerſario, niſi in hoc ipſo nobis animum præbeat miſericordem.

## M. FABII VICTORINI EXPOSITIO IN SECVNDVM RHETORICON CICERONIS LIBRVM.

C. Rotoniatæ quondam cum florerent omnibus copijs, & in Italia cum in primis beati numerarentur, templum Iunonis, quod religioſiſſime colebant, egregijs picturis locupletare uoluerũt. V. Omnis præfatio quaſi ſimilitudo eſt ante id, quod dicturi ſumus, ita in ea ſemper ſimilitudo captanda eſt. quãquam ſæpe ad hoc deducitur, ut ſimilitudo tollatur. unde ſiue futura ſimilitudo eſt, ſiue non in eo ad quod præfatio præparatur, animaduertendum ſemper eſt, utrum etiam toto ſimilitu-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

o præſitionis paretur, an partibus, an in parte. fre-
uenter enim cuncta conueniunt. frequenter diuerſis
p præſitióe poſitis, cũ ea re ad quã præſitio ducitur,
uædam in præſitione ſimilitudo confertur. hic ad q̃d
ucitur præſitio illud ẽ ex multis artium ſcriptoribus
lecta multa & ad unã, quam ſcripſit artem, quo pul
hrior redderetur præcepta ex multis multa collecta.
tic igitur rei præſitio illa eſt. Zeuſim pictorem nobi=
m Helenæ ſimulachrum pinxiſſe. ſed cum conductis
r in unum uocatis quinq; uirginibus, quicquid eſſet
ulcherrimum delegiſſet. Hoc ut perſpici licet, in ſum-
a conuenit. quia hic & ille multa de multis. Verum
æfert Tullius opus ſuum, q̃ magis multa ipſe, ſi qui
im præteriti temporis ſcriptores, & præſentis in iu=
cio habuit. & non unius ciuitatis, nec unius linguæ.
uippe cum & græcos, & latinos. At uero Zeuſis ex
a ciuitate, & ipſius temporis eligendi habuit facul=
tem. C. Crotoniatæ quõdam cum florerent. V. ſi
rtibus conductis tota conueniunt, pulchra ſemper et
æcipua præſitio eẽ dicitur. Crotoniatæ romani ſunt,
m florerent omnibus copijs, romanis conuenit. Item
uenit, et in Italia cum in primis beati numeraren
r. Iunonis uero templum, q̃ locupletare egregijs pi-
uris uoluerunt. Sic & eloquentiæ, uel facundiæ tem=
um Zeuſis, et Tullius cum multa dicendi genera ſint,
inter picturas multas Helena, ita inter cæteras di=
ones eminet ſemper oratoria, & ut Zeuſis in pin=
ndis fœmineis uultibus ſummus, ita in orationibus
ullius. Pinxit Zeuſis multa, quæ uſq; ad noſtram me
riam manent. ſecula poſteriora tenent quicquid

pinxit oratio Tulliana. Zeuſis Helenæ ſe ſimulachrum pingere uelle dixit. nõ enim Helenam, ſed ſimulachrũ fuerat traditurus, ita Tullius ſcribendo artes non orationes, non ipſam eloquentiam, ſed ſimulachrum eloquentiæ fuerat traditurus. Hoc conuenit et illa ſententia. C. ꝙ ex animali exemplo mutum in ſimulachrũ ueritas transferebatur. V. Mutum. n. ſimulachrũ eloquentiæ ars eius, ipſa autem eloquentia quaſi animal. Ita per partes poterit ei rei, ad quã confertur præſitio conuenire, relicto eo quod poſtea præponitur. ꝙ cum Tullius ex omnibus multa quæſierit, & omni tempore Zeuſis ex una ciuitate, & uno tempore comparauit. C. Ac ſi par in nobis V. finito præſitionis uno genere ſimilitudinis. ſ. nũc prælationem, quæ etiam ipſa in præſitione facienda eſt, incipit dicere. C. Exemplorum eligendi poteſtas. V. ideo hoc opus eſſe poſſe melius. principe illo, atq; inuentore C. Tyſia. V. Corax & Tiſia artes primi oratorias apud græcos ſcripſiſſe dicuntur, ſicut & ipſe cuius inſtituta ſequebantur fecerat. gloria Xenocratis philoſophi motus Ariſtoteles philoſophiã exercuit. Gloria Iſocratis motus Rhetoricæ præcepta cõſcripſit. C. Artis ſibi curã aſſumebat. V. uoluit. n. Ariſtoteles propter Iſocratem cũ philoſophus eſſet, etiam præcepta dicendi tradere. C. Alterũ cõmuni hominũ infirmitati, alterũ ſingulari. V. non intelligere omniũ pòt eſſe, & eſt uitiũ cõmune. ſingulare uitiũ ẽ, ut cũ nõ intelligat, in eo quaſi intelligat pſeueraret. C. Hæc cõmode pſcripſiſſe uideamur. V. i. ut præcepta cõmode tradidiſſe uideamur. C. arrogãter aſſenſerimus. V. hoc. n. magnũ uitiũ temere aſſenſiſſe.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Gitur primus liber expoſito genere huius ar-
i tis, et officio, & fine, & materia, & ptibus,
genera controuerſiarum, & inuentiones, &
ſtitutiones continebat. V. Propoſiturus qd dicendū
in ſecundo libro, prius enumerat quid in primo di
rit de genere, de officio, de fine, de materia, de par
us, de inuentione, & eius conſtitutionibus, cæteriſq;
us, item de partibus orationis. quas cum pleno præ
torum genere compleuerit, confirmationem, & re=
henſionem non ad cauſarum ſpecies, ſicut oportue=.
;, applicauit. Dedit. n. præceptum quomodo in omnī
ſarum genere argumentandū ſit. ergo nunc ad ſpe
applicata argumentatione dicturum ſe pollicetur.
tamen ut non de expolitione argumentationis, quæ
primo pleniſſime tractata eſt, ſed de argumentis
uatur in unoquoq; genere cauſarum. i. in coniectu-
ſine qualitate, translatione, & cæteris his inciden
is. & potuit quidem hoc eſſe contentus. ut ſpecia-
de conſtitutionibus diceret in quocunq; genere cau
um, quæ eſſent cōfirmandi præcepta, quæ reprehen
di. Verū quoniam ipſa quoq; genere cauſarum pp
fines diuerſos diuerſa præcepta deſiderāt, cum iu
lis habeat æqtatem, demonſtratio honeſtatē, deli-
atio honeſtatē et utilitatē cōfirmandi et reprehēdē
ræcepta, quæ ſunt in cōſtitutiones ſingulas diuiſit in
iali gñe cāū, in poſtrema libri pte de deliberatiōe
emōſtratiōe pp fines proprios aliquot tractaturus.
xpoſito gñe. V. quod eloquētia magna, et ampla
ſt ciuilis cuiuſdā qōnis. C. Officiū V. eius artis ē
re appoſite ad pſuadendū. C. Finis V. pſuadere

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

dictione. C. Materia q. V. Non aũt omnia, ut uoluit Gorgias Leontinus, aut etiam ut uoluit Hermagoras. C. partibus. V. Inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoria, pronunciatio. C. Genera controuerſiarum. V. i. genera cauſarum. Iudiciale, deliberatiuum, demonſtratiuũ. C. Inuentiones V. nam de quinq; partibus orationis ſolam inuentionem tractat, deinde partes orationis exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehenſionem, concluſionem, quo pacto tractari conueniret argumentationes ſyllogiſmum, & inductionem. C. hic tantum ipſa inuenta. V. i. argumenta ipſa non expolitionem, aut ſententiæ dictionem. Conſtitutiones omnes iudiciali in genere cauſarum tractabuntur. C. Nunc à coniecturali conſtitutione proficiſcemur, cuius exemplum ſit hoc expoſitum. V. Secundus liber confirmationem, et reprehenſionem ipſis conſtitutionibus applicauit, cum primus liber generaliter omnem materiam omnibus dederit. Ac primo de coniectura proponit exemplũ non ipſum exemplum tractaturus, quoniam in exemplo non omnia ineſſe poſſunt, quæ cadunt in coniecturam. Omnia enim exempla, quæ in coniectura ueniunt, uel uenire poſſunt, præcipienda fuerant. In argumentis, ergo de cõiectura erit præceptio, quia ex inde in thema quodlibet coniecturale, quod neceſſariũ fuerit, facile poterit deuocari. hoc autem fieri à Tullio intelligimus, etiã in omnibus conſtitutionibus, ut exemplum cuiuslibet conſtitutionis det, non tamen ipſum tractet exemplũ. propoſito itaq; exẽplo coniecturali ſecũdum præcepta primi libri, docet quæ ſit intentio, quæ

depulſio

ſepulſio ex quibus duobus, quæ ſit conſtitutio. deinde
dmonet, q in coniectura non conceditur, eadēq; quæ
uæſtio eſt, ipſa eſt iudicatio. C. occiderit'ne V. in con
iectura enim factum non conceditur. unde non poteſt
e deductione rationis, & refutatione naſci poſt quæ-
onem primam alia quæſtio quæ dicitur iudicatio. ſub
ingit poſt admonitionem, dare ſe præcepta huic con
tutioni, & argumentorum locos omnes coniecturæ
uenientes, ex quibus in quālibet coniecturam, qui
ceſſarij fuerint, deuocabuntur. Sunt igitur coniectu=
loci hi principales. C. à cauſa, à perſona, à facto,
. à cā eſt q̄obrē fiat aliqd. et quæ parit uoluntatē.
cauſa. n. loquitur hominis, non rei. qua cauſa uolu=
is probare, quod uoluit facere, is cui intenditur fa=
um. pſona autem omnis ille eſt, qui feciſſe dicitur hoc
illa ex omni uita per attributa perſonis ſumpta ap
bbatio ad id, quod intenditur factum. At uero à fa
probationes habebunt facta illa omnia, quæ pro-
ne factum illud, unde iudicium eſt. nā factum tria
ificat. Eſt factum, & illud quod intenditur, ipſum
id quod dicitur occidiſti. Eſt factum tertiū hoc, quod
buit argumentum ad factum illud, unde iudiciū eſt.
trāſiſti, clamaſti, qbus probatur occidiſt. hoc ergo ul=
um eſt, quod dixit. C. à facto, V. quod ipſum
icietur in tribus illis. ante negotium, in negotio, poſt
otium. ſimul cum ſummus p quæ ſe explicant facta
, tp, modo, occaſione, facultate. ergo hæc tria ſunt,
e connìecturæ ſuggerūt argumenta. cauſa, pſona, fa
um. C. Cauſa ipſa diuiditur in duo, in impulſionē;
ratiocinationē. V. Impulſio motū habet repentinum

Б

non uoluntarium, ut amor, uinolentia, & omnino omnia huiuſmodi quæ ueniam merentur, ſi confiteatur id ipſum, quod feciſſe arguitur. nam ſi negat argumenta ſunt à cauſa, ut ſit. Feciſti, quia uinolentus fuiſti. feciſti, quia amore feciſti. feciſti quia iracundus es, quibus cauſis probatur facere potuiſſe, quod negat. Ratiocinatio autem cauſa eſt etiam ipſa uoluntatis. hæc ratione faciendi fuiſſe oſtendit uoluntatem, aut non faciendi, quæ ſumitur ex ratiocinatione, uel boni, uel mali, ſiue iam præteriti boni, ſiue futuri pariter mali, uel præteriti, uel futuri. quod nos diximus malum, uel bonum, ideſt ut gloriæ cauſa, ut amicitiarum, ut inimicitiarum ulciſcendarum, & metus, & pecuniæ. his igitur commodis, uel incommodis hos gradus dat primos, cõmodi retinendi utique, quod habent & augendi, deinde adipiſcendi id utique eſt, quod non habebat. Contra incommodi reiiciendi pariter, & hic id, quod habebat, imminuendi, deuitandi utique quod futurum erat. ita tria hæc tribus ſuperioribus reſpondent. commodis incommoda, illic retinendi, hic reiiciendi, illic augendi, hic minuendi, illic adipiſcendi, hic deuitandi, quibus etiam illa accident, ut aliquid commodi ſumamus, uel ut maius commodum conſequamur, uel ut maius incommodum uitemus. aut rurſum, ut incommodũ aliquod prætereamus, uel ut maius cõmodum adipiſcamur. uel ut maius incommodum deuitemus. Nam & ſuſcipi commodum paruum poteſt, ut maius aliquod commodum conſequamur. uel incommodum maius uitetur. et rurſum commodum contemni poteſt. uel ut maius commodum conſequatur, uel ut maius incommodum uitetur. & rurſus rerum commodũ

contemni

ntemni poteſt, ut Leno contentus fuit ſine lucro me-
ltricem dare, ne ab Aeſchino uerberaretur. & uelut
Verrinis accipi poteſt malo non habere quàm ro-
re. Rurſus contempto commodo ſuſcipi maius cómo
m poteſt, ut Terentianum illud eſt in ſuaſione. Pecu-
m in loco negligere maximum interdum eſt lucrū.
æſtio uero eadem coniecturalis eſt, quæ et iudicatio,
ia ratio deeſt. non. n. factum in confeſſione eſt. ideo
dem erit iudicatio, quæ quæſtio. & in horum locorū
e coniecturalia ſunt, & in cæterorū. i. cæterarum
ſtitutionum conuenire. i. locos. C. Omnis igitur ex
ſa, ex pſona, ex facto ipſo coniectura capienda eſt.
Omnis hic locus à cauſa, ſiue impulſionis, ſiue ra-
inationis coniecturæ maximum eſt fundamentum.
ꝙ cum cauſa ſit, continuo & facinus comprobetur,
quoniam facinus nullum eſt, quod non ante cauſa
eceſſerit. Supponit deinde locos quibus accuſator uti
cum aſſerit impulſione aliquid eſſe factum. ex qui-
primus eſt amplificatio eius rei, quæ impulſionem
iat. deinde approbatio quid ex ea fiat per exem
, ut amore ſe interficit. Tertio loco comparatio-
facinus, & declarata impulſione euentum eius
e fuiſſe concludimus. his tribus locis accuſator
r in impulſione. In ratiocinatione uero hi ſunt,
nunc dicam, demonſtratione quid petierit, quid
rit. Augmenti quanta res ſit, quam appetierit,
fugerit. Præter hæc duo, unum etiam illud ac-
tor conſiderare debebit, ne forte iſta, quæ ſecu-
, aut fugerit, in opinione tantum habuerit reus.
conſecutus ſit commoditatem, neque ullum malum



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſugerit, ſed dicendum eſt ei ita fuiſſe uiſum quia arguitur, & ſit ſua opinione deceptus. opinio autem dupliciter decipit. modo dum rem aliter putat, atq; eſt eadē res. modo dū aliter euenit, q̄ putauit. Res fallit, ſi mala creditur, cum bona ſit, uel contra, uel neutrum, uel utrunq;. ergo cum hoc intelligi poſſit, ꝙ opinio fallit homines tum in re tum in euentu, cū in re reus uti hac cœperit ſorte, defenſione nonſibi antiquiorem fuiſſe pecuniam uita, aut fratris, aut amici. Accuſator debet uerum argumentum concedere. Eſt enim credibile, ſed cōfirmare debebit hoc ei qui arguitur, nō ita uiſum fuiſſe. & hoc approbare ex attributis perſonæ non hāc illum habuiſſe opinionem, ſed illam potius habuiſſe, q talis eſt, quod ſcilicet perſonæ eſt. ſic argumentabitur accuſator de eo, cuius opinio falſa eſt in re. Cum autem euentus fallit, quod accidit exempli. modo cum aliqu. miſſo telo alterum interficit, ut in ſcolæ controuerſiis. Vt uero in cauſis forenſibus, cum quis eum dicatur necaſſe cuius hæres nō ſit, ſed tantum ſperarit hæredē accuſatoris eſt, locus eſt cogitationem ſpectari debere non euentum. et hæc de ratiocinatione. In cauſa auti omni, ſiue in impulſione, ſiue in ratiocinatione laborandum eſt, fuiſſe illis poteſtatem, aut facultatem, au. uoluntatem. Poteſtas eſt, qua poſſe oſtenditur, facultas eſt, qua adiutores, & cætera demonſtrantur. Voluntas eſt, qua uelle uel uoluiſſe aliquid declaratur. Ita aliud erit uoluntas, aliud cauſa, ſiue impulſio ſit, ſiue ratiocinatio. illa.n. efficiunt uoluntatem. Non autem quod afficitur, hoc eſſe debet, quod eſt illud, quod efficit. Nan ſæpe, & cauſæ ſunt, & deeſſe uoluntas, quæ probari poteſt,

teſt uel fuiſſe, uel non fuiſſe, tametſi cauſa præceſſit.
oc ex perſonæ potius attributis confirmabitur, qbus
lis doceatur, ut potuerit cauſis commoueri. Hæc igitur
cuſator dicet, & cum uolet alios defendere, quibus
ſſe cauſa faciẽdi declarabitur. Deinde adiũget et ali
locos. quos defenſori Tullius dabit ad ſe purgandũ.
uibus locis utetur ſicuti diximus, accuſator, cum de-
idet alios, ſed hoc breui faciet. illorum enim defenſio-
alterum alius uult accuſare, nõ ipſos oſtendere in-
centes. Ita in maiore eſſe actu non poteſt, quod al-
i. C. proficiat. V. Omnis igitur ex cauſa, ex per-
a, ex facto ipſo coniectura capienda eſt. quæ pa-
uoluntatem uelle uel uoluiſſe. i. cauſa qua qd ortũ
oſtendimus attributũ perſonæ. i. pſona. attributa
ẽ negotio. i. q ait facto cauſa tribuitur in impulſio-
n, & ratiocinationem. C. Ratio. V. ſcilicet non
ocinationem illam, ut ſupra legimus, ſyllogiſmi, ut
or, iracundia, ægritudo. inter iracundiam, & iram
intereſt, q iracundia perpetua eſt, ira ad tempus
pitur. atq; hoc fit, ut iracundia ſit impulſio, ira, ra
inatio, ut odio quis iratus, uel metu occidiſſe dicatur,
ſt ratiocinationis. cæterum iracũdum eſſe, quia ſemp
ad impulſionem. dicimus, quæ propter talem natu-
n admiſſum facinus poſſit oſtendere. Aegritudinem
o morbum animi poſuit, non corporalem. in qui-
, aut commodi aliquid maioris adipiſcendi cauſa,
maioris uitandi incommodi ſuſcipitur, ut aliquid
odi ſuſcipiatur propter duas res, uel ut maius ali
d commodum conſequamur, uel ut maius incom-
lũ deuitemus. C. Hic locus eſt. V. i. cã niſi aliqd

quare factum ſit, oſtenditur. Quæ ſit cauſa quæ pariu uoluntatem ſiue per impulſionem, ſiue per ratiocinationem. C. Ergo accuſator, cum impulſione aliquid factum eſſe dicet, V. Locis confirmationis à cauſa per impulſionem primo datis, redit ad reprehenſionis modos, qui ſimili impulſu aliquid commiſerunt, & ſimilitudinem collatione, ut applices exemplum, & doceas ſimile comparando, & ipſius animi affectionis explicatione curandum eſt, ut ipſius affectionis hoc eſt rei ſit explicatio. Vt non mirum uideatur, ſi quod ad facinus tali perturbatione commotus animus acceſſerit, id eſt ut ueriſimile probet, & p exemplum, & per explicationem animi affectionis, ut quod eius fieri poſſit quantum in hac re fieri poteſt, quid in opinione eius, quem arguet, fuerit, ut non ſolum quid conſecutus ſit, uerum etiam quid ſperauerit. Si oſtendi poteſt ei uiſum eſſe qui arguatur, ut uoluntatem crimmetur. etiam ſi effectus defuit, ut ex eo cauſam habuerit, quia timuit, quia ſperauit, etiam ſi nihil aut commodi, aut incommodi acceperit. C. Nam opinio dupliciter fallit homines. V. Opinio fallit in re, cum opinio uera non eſt, & errat ab eo, quod in uero eſt, ut cum res mala ſit, bona credatur, uel contra. euentus fallit opinionem, cum opinio quidem uera eſt, ſed eam interueniens caſus decipit, ut cum res bona eſt, & bona creditur, ſed aliquo caſu in malum uertitur. Iam in cauſa ipſa hoc modo poſſumus dicere id eſt ut dicamus. Ideo occidiſti quia te hæredẽ fore putaſti. licet ille alium hæredem fecerit. ita ſemper in opinione eſt, & euentus fallit, & res. Cum aut aliuſmodi eſt

q̃ creditur,

crediтur, aut aliter creditur q̄ putatur habuiſſe pro-
nire. Aut non his euentus eſt quem arbitrati ſunt. cū
t ipſa res qualis ſit ignoratur, aut cum res certa fue
, aliter eueniat, q̄ putatum eſt, aut id, ꝙ bonum eſt,
lum putant, & reliqua. C. Hoc intellecto, ꝙ ho-
nes impellantur non ſola ratiocinatione uera re-
m, uerum etiam falſa. Hoc intellecto ꝙ fefellit eum
. Illi ita non eſſe uiſum, ut q̄uis uerū ſit quod dica-
, ipſi tamen nó fuerit iſta ſententia. C. Ex ijs, quæ
perſonam pertinent, V. Attributa pſonæ quæ
bant pſonā. Vt ſi qui dicatur aliū occidiſſe ac uolue-
. Exemplū ad euentum falſum probandū poſuit,
ad probationem cauſæ per coniecturā. C. aut
n neceſſe, cuius teſtamento non ſit hæres, V. Exē-
: in cauſa. Nó quo caſu utitur * ad rem pertinere*
συμβεβηκότος eſt, ideſt euentus. Accidētia, effectus,
is, poteſtas. C. ſi aut neſciſſe, aut nó affuiſſe, V. et
qua. Nó fuit neceſſe facere, etiam ſi cauſa fuiſſet. Et
iſſet cauſa uidendi propter æs alienum, non tamen
ſſitas, ut deos patrios uenderet. C. Defenſor autē
contrario. Primū impulſionē, aut nullā fuiſſe dicet,
ſi fuiſſe concedet, extenuabit, V. Dati ſunt loci ac
ori qbus uti debeat ad probationem cauſæ p im-
ionē. Item alij dati ſunt, qbus uti debeat ad proba
ē cauſæ p ratiocinationē. Nūc ſupponit defenſoris
in infirmāda ipulſione, et infirmanda rōcinatio
nfirmādæ ipulſionis loca ſunt quatuor. Negare, mi
re, negare eius effectum quæ itenditur, Impulſionis
s naturam docere. Confirmare exemplis, et ſimili
uum propoſitione. Ratiocinationis loci ſunt quatuor.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Quoniam ratiocinatio eſt aut in re, aut in opinione. In re commodi, uel incommodi loca eius erunt negare, cõmodũ minuere. Dicere alijs magis fuiſſe, aut tantum & ſibi, quantum & alijs. Aut incommodum maius quam commodum. Pariter & de incommodis iſta dicentur, q dicitur euitatum nullum fuiſſe incommodũ non tantum fuiſſe incommodum alijs magis fuiſſe incommodum, aut alijs tantum q̃um ſibi, aut maius commodum q̃ incommodum. C. Sin accuſator dixerit V. ſi in ratiocinatione opinio ponetur, infirmitatis loca ſunt quatuor. non tale eſſe uel commodum uel incommodum, ut poſſit aliquem fallere, maxime ſe non potuiſſe, quod firmabitur perſona. Poſt haec omnia defenſor uti poterit omnibus locis accuſatoris, ſi in alios crimen transferre uoluerit. Quemadmodum. n. accuſator cum conuincat defendit alios & utitur partibus ac locis defenſoris, ita & defenſor, ut ſe purget, accuſabit alios, & in hoc utitur partibus ac locis accuſatoris, & ſi fuiſſet, concedet, extenuabit quae auget accuſator.
C. Ex perſona autem coniectura capietur, ſi eae res quae perſonis attributae ſunt, diligenter conſyderabuntur, V. Explicatis praeceptis omnibus ad cauſam pertinentibus, ſubiunguntur praecepta perſonae attributa & quemadmodũ his uti poſſit accuſator, quẽadmod etiam defenſor in coniecturali conſtitutione. Et haec q dem perſonae attributa in primo libro quãquã ſingula expoſuerit, & explicarit, hic tamen nunc breuiter repetit. quae ipſa ſint, & quid ſint, poſt praeceptum quemadmodum his uti poſſit accuſator, quemadmod defenſor. C. quo in genere eſt uirtus, & ſcientia cõ

un,

tia, V. quæ eſt ſtultitiæ contraria. C. amor, iracun
dia. V. Affectio enim ſiale euentum ſuum declarat,
quo'q; ipſa é eius rei, quã ex ſe parit. C. & ipſorũ
vis. V. quid ipſa ſint, non quid ex ſe gignant. C. Et
quæ res harũ aliquam rem conſequantur. V. Quid
ex ſe gignant, non quid ex ſe ipſæ poſſint. C. Ac p=
ſonis quidem res eæ ſunt attributæ, ex quibus omni-
bus unum in locum coactis, accuſatoris erit improba-
tione hominis uti. V. Expoſitis breuiter attributis
perſonæ, quia ita res repetita poſcebat, dat accuſatori
ex his præceptum, ut excutiat uitam præteritam. Pa=
rũ eſt enim cauſam commendaſſe ſolam, ſi non, quæ ab
hac impelli poſſet, perſona conſentiat. ergo accuſator
ex uita præterita proferre debet ſimilia peccata, ſimi-
les cãs in rebus uel in paribus, uel minoribus, uel ma
ioribus, uel ſi ſimiles proferre nõ poterit, diſpares pro
fuiſſe exercitum negemus, quod ſumſit hic qui arma prodidit, & inſtrumenta. C. aut ſi alia ratione, V. Quoniã ſupius duas rationes, & duas iudicationes poſuit coniecturales, non futurum fuiſſe ut periret exercitus, & non hoc animo factum. icirco hic eandem rationem repetit, ut coniecturam dicat in hanc conſtitutionem tractandam. C. ex coniecturali conſtitutione ſumetur. V. Quia partibus ſuis ipſa tractanda eſt. C. Sin autem certo nomine maleficij, V. ut nunc certo nomine reus eſt maieſtatis. Poteſt.n. ſine certo nomine reus eſſe, & non ſtatim ad definitionem aſtringitur, cum criminis nomen nullum uidetur obiectum. C. Sin autem certo nomine maleficij uocabitur in iudicium, V. Iam hic incipit incidentis ad hoc thema alterius ſtatus, ideſt finis, quem ſtatum finem, & ſupra poſuit dicendo. Quid ſit maieſtatem minuere, præcepta tractare. C. Sin aliud quoq; aliquod genus. V. quarumlibet conſtitutionum, uel præcedentium, uel ſequentium. C. quãplurimis infirmet rationibus. V. ut dicat non futurum fuiſſe, ut periret exercitus. Aut aliter non hoc animo feciſti, ſed ut pderes feciſti. C. Deinde oportet accuſatorem illud, qđ ipſe arguat, ab eo, qđ defenſor comparet, ſeparare. V. Poſt illa ſuperiora etiam hoc dicere oportebit accuſatorem contendere, comparare. C. Et hoc extenuãdo, maleficij magnitudinem ſimul adaugere. V. ut extenuet, quod præſtitiſſe ſe dicat, augeat quod admiſit. C. Deinde oportebit illã ipſam comparatiuã iudicationẽ exponere tanq̃ cãm deliberatiuã, V. In oĩbus aſſumptiuis qualitatibus poſt oĩa argumẽta ex conſti-

tutione, quæ ſunt propria, locus extremus interponitur quaſi deliberatiuæ cauſæ, in qua quæritur quid faciendum ſit, ut ex hoc probetur quid faciendum fuerit. C. tanquam cauſam deliberatiuam. V. ut non iudicialis cauſa ſit, ſed deliberatiua, & eodem genere agitur. quaſi ſola ipſa eſſet. i. cauſa deliberatiua in aliquam conſultationem. ut deliberatiua non iudicialis cauſa ſit. hoc eſt enim conſultatio. C. Defenſor autem quibus in locis ab accuſatore aliæ conſtitutiones inducentur. V. ſi accuſator coniectura retorto contra genere dicendi coniectura defenſor utetur. pari genere et finem, pari genere etiam comparationem ex contrario tractabit. ut quod ille inutile hic utile, quod ille inhoneſtum hic honeſtum dicat, & cætera his ſimilia. C. Loci communes inerūt accuſatoris in eum, qui cum de facto turpi aliquo, aut inutili, aut utroq; fateatur, quærat tamen aliquam defenſionem, & facti inutilitatem, aut turpitudinem cum indignatione proferre. Relatio criminis eſt, cum reus id, quod arguitur confeſſus, alterius ſe inductum peccato iure ſe feciſſe demonſtrat. V. Secundam ſpeciē aſſumptiuæ qualitatis relationem poſuit. Hanc definiunt p definitionem. Quæ conſtitutio tunc eſt, cum alterius peccato ſe feciſſe reus dicit quicquid admiſit. huius exemplum ſubiecit. Oratius qui ſororem ſuam flentem interfecit. Et ſubiungit præceptum primum, ut ſi qua conſtitutio ante ipſam relatiuam tractari poſſit, excutiatur circa ipſum, qui reus eſt. Non hoc animo feciſti. Hoc utiq; ſit factum eſt, & in comparatione. deinde quoniam relatio refert actus ad alterum, ut ſe defendat. dicit enim feci, ſed ille meruit.

Neceſſaria

Neceſſaria etiam hic cæterarum conſtitutionum ratio tractabitur. Cum enim cœperimus dicere ille non meruit, & coniectura eſſe poteſt, & finis, & quælibet alia conſtitutio. ergo accuſator in defenſione eius in quē reus transfert crimen, tractabit alias conſtitutiones. hoc pacto fit, ut licet relatio ſit conſtitutio, in hanc tamen adhibeamus alias conſtitutiones duobus modis. uel circa perſonam ipſius rei, quo animo fecerit, uel circa perſonam illam in quam reus transfert crimen. poſt hæc igitur tractanda eſt ipſa relatio criminis, quam in præceptis ab eodem ſubiectis cuiuis facile eſt recognoſcere. uſque ad illam partem, quæ ſemper ſicut in ſuperiore præcepto traditum eſt, propoſitionem habet quaſi deliberatiuā. quæ ex utilitatis, honeſtatiſq́; partibus quid agendum eſt, quaſi res in conſultatione ſit, declaratur. defenſor habebit cuncta contraria. ſed ſi incidentes conſtitutiones aliæ fuerint, omnia ex earum diuerſa parte tractabit. Item per præcepta conuertendo modum ad ſuā partem argumentādo deducat cum locis communibus, tam accuſatori, quam defenſori datis. quos ipſe ſupponit. C. Poſtea ſi qua facultas erit,
IV. ante relationē criminis, et eius argumenta cæteris conſtitutionibus accuſator, & reum onerare debebit, et illum defendere, in quem reus trāsfert crimen. namq; dici poteſt Quod feciſti, non hoc animo feciſti, quod eſt alterius conſtitutionis. deinde & ille quem meruiſſe dicis, aut non meruit, aut non hoc pacto meruit, quod utique aliarum eſt conſtitutionum. Ita antequam ex præceptis relationis aliquid agamus, conſtitutionubus reliquis, & circa rei perſonam uti poſſumus, ut

eum arguamus, & circa perſonam eius in quem crimen transfertur, ut eum defendẽtes reum accuſare poſſimus. C. Poſtea translationis uti partibus, V. præſcriptione. Non tibi enim licuit occidere. C. Deinde negare debebit, audiri oportere id, V. ut dicamus hodie audiendus tu nõ es. Siquidem & tu illam, qua punitus, es audire noluiſti. C. et id, qđ iudicatũ nõ ſit, pro infecto haberi oportere. V. Mentiris ꝙ dicas ſororem fleuiſſe, quia non eſt inde iudicatum nunc apud iudices accuſent, quam ſine iudicibus ipſi condemnarint. Modo crimẽ ingẽs poſteaq̃ pœnas ſumpſiſti de ſorore. C. At ſi idem facere ipſe, qui nunc accuſat, uoluiſſet, ne hoc quidem ipſo quicq̃ opus fuiſſe iudicio, V. ut & hic qui Oratium accuſat, potuiſſet ſine iudicio illam quaſi peccantem occidere. C. Si uero cæteri quoq; idem faciãt, omnino iudicium nullum futurum. V. Soritici ſyllogiſmi facit formam, qui in infinitum ſemper de incerta rei definitione porrigitur, ut granũ, cumulus, aceruus. occidit Oratius. occideret accuſator. ita ſemper ſine iudicio erit pœna. C. potuiſſe hunc ipſum de illa ſumere ſupplicium. V. quaſi de ſorore. C. & de ea per amplificationem ex deliberationis præceptis dictio. V. ut dicas iuſtum, honeſtum, utile, uel contra. quæ omnia in deliberationis præceptis tractantur. C. ut refelli, & in contrariam partem conuerti poſſint, V. ut cũ ſupra uerbi cã dictum ſit ab accuſatore non debuiſſe à fratre interfici ſororem dicat, hic magis à fratre debuiſſe, ut ne ab ipſo quidem, qui feciſſet in dubium uocaretur. ut negare nõ poſſet, quod admiſiſſet, ꝙ hæc uictoriam Romanam lugeret. ex iudiciorum

perturbatione. quoniam nõ erat cauſa iudicio, quæ cauſa eſt. C. Remotio criminis ẽ, cum eius intentio facti, quod ab aduerſario infertur, in alium, aut in aliud dimouetur. V. Definitio. Hæc tertia ſpecies aſſumptiuæ qualitatis remotio criminis dicitur, quæ definita eſt ſic. Cum intentio facti remouetur, uel in alium, uel in aliud, ipſa autem remotio nunc rei eſt, nunc cauſæ, ſed ſi cauſa remouetur, uel in hominem remouetur, uel in rẽ. Sin autem res remouetur, tãtum in hominẽ remouetur, uel ab homine, cauſæ remotionem in hominem docuit per exemplũ de legato Rhodiorũ, cauſæ remotionẽ in rem in eodẽ exemplo oſtendit, cum dixit mortuo quæſtore ſi legatus uiaticum non accepiſſet. uerũ præcepta tradidit, q̃bus uteretur accuſator cum argueret eum, q̃ cauſam facti in hominem remoueret. Et eſt primum, ut accuſator eum defendat, in quem culpa remouetur. ſed ſi hoc non potuerit, dicat hoc iudicium aliud eſſe, illud aliud, deinde dicat unicuiq; ſuũ eſſe officium, hunc nõ potuiſſe peccare. Illum reum eſſe poſſe, non debere tamen coniungi defenſionem huius cum illius accuſatione. Hæc in remotionis partibus integris complendis accuſatoris ſunt. Defenſoris autem hæc. Primũ ut quæcunq; accuſator ex alijs conſtitutionibus argumenta fecerit, ſoluat. deinde accuſet eum cuius cauſa peccaſſe dicat. Deinde doceat ſe aliter facere, nec potuiſſe, nec debuiſſe, non potuiſſe ex utilitatis partibus, non debuiſſe ex honeſtatis, de utroque autem in deliberatiuo genere tractabit. Deinde dicat à ſe omnia facta eſſe, quæ facere potuerit. percurret omnia uitæ ſuæ præteritæ dicta, facta, conſilia, ut probet ſuam nõ fuiſſe

culpam, cum hoc non impleuerit. Cum uero cauſa ni in hominem ſed in rem remouetur, omnia eadem præcepta accuſatoris, & defenſoris erunt. excepta uel accuſatione hominis, in quē remoto fit uel defenſione rei. Remotio cum fit, dedit exemplum de adoleſcēte, q potiam tenuit. remouet. n. à ſe factum, & dicit non fuiſſe ſuæ poteſtatis facere, uel non facere. Hic naſcitur illud nouum, ut fiat remotio rei non in hominem, ſed ab homine, et exiſtat conſtitutio ab accuſatore cum dicitur: quod feciſti non tu facere debuiſti. Exemplum dedit de prætore, qui, cum conſules deberēt, populum ad arma conuocauit. Hic præcepta dat uti exprimamus qd cuiuſq; ſit poteſtatis, quid officij ex utilitatis partibus, & honeſtatis, et ut hoc probemus exemplis. deinde adiungit locos communes, ſi qui eſſe poſſunt, aut indignationis, aut conquæſtionis. ut utraq; ſibi pro ſuis partibus ſumat. C. in aliū, aut ī aliud dimouetur, V. aut in pſonam, aut in rem. de utroq; diſtinctius, & de honeſto. et de utili. C. Sin autem non in hominem certum, ſed in rem aliquam cauſa dimouebitur, V. hucuſq; in pſonam, nūc in rem, cauſa remouetur. C. accuſatione alterius, & culpæ depulſione dempta, cæteris ſimiliter uti locis oportebit, V. In tua depulſione. reliqua talia pſeuerāt in rem, qualia fuerunt in pſonam. C. Ipſius autem rei fit remotio, cum id, quod datur crimini, negat neq; ad ſe, neq; ad officium ſuū reus pertinuiſſe, V. Nunc remotio rei. nam ſupra cauſæ docuit remotionem, & in hominem, & in rē, ſed remotio rei tantum in hominem fit, & fit duobus modis. nam nunc remotio fit rei ab eo, qui reus eſt, nunc remotio fit rei

ab eo qui accuſator eſt. quod erit nouum, ut ſtatus ab accuſatore naſcatur. atq; in hoc genere remotiuæ conſtitutionis, ubi tantum res non cauſa remouetur. C. Conceſſio eſt, per quã non factum ipſum probatur ab reo, ſed ut ignoſcatur, id petitur. V. Quarta ſpecies eſt in aſſumptiua qualitate conceſſio. Hãc definit ita, cum nõ factum purgamus, ſed ut ignoſcatur petimus. hanc partitur in duo, in purgationem & deprecationem. et purgationem definit ita. cum nõ factum purgamus, ſed uoluntatem. Id fieri dicit tripliciter. ſi aut imprudẽtes fecimus, aut caſu, aut neceſſitate. imprudentiæ dat exẽplum de uitulo immolato. Item caſus de eo qui beſtias præſto nõ habuit ad diem certum. Item neceſſitatis. de roſtrata naui in portu, ubi nõ licebat inuecta. Hæc tria exempla idcirco iuncta poſuit, q̃a eorum omnium ſimilis præceptio eſt. nãq; ut & in ſuperioribus, ita et hic primum coniecturaliter agendum ab accuſatore. ut id quod reus negat ſe uoluntate feciſſe, conſilio factum doceat, ac uoluntate. Deinde ſubiungit finitiui ſtatus tractatum. qui ut ſupra docuit, quadruplex eſt, definitio breuis. aſtrictio definitionis. et tertio loco ſi aſſerit, deductio eſt definitionis ad ſpeciem, ſi uero non aſſerit, ſeparatio definitionis à ſpecie. Quarto loco fit deſtructio definitionis partis aduerſæ. uerum hi commiſſà deſtructione definitionis partis aduerſa reliqua tria complebuntur. ut breuiter definiat caſum, imprudentiam, neceſſitatem. deinde adiungat ad probationem definitionis per exempla. Tertio loco ſeparet à definitione, quod reus fecit, & id oſtendat eſſe diſſimile. quod ſit eius facinus, non ignorabile, non fortuitum,

nõ neceſſarium demonſtrabit, poſt hæc potuiſſe uitari
potuiſſe prouideri. & id doceat quẽadmodum deind
adiungat accuſator alteram definitionem, ꝑ quam n
mina alia ſupponat imprudentiæ, caſui, neceſſitati.
Inertiam, negligentiam, ſtultitiam. Poſt hanc illud ad
cat, uti excutiamus, ne forte neceſſitas habuerit turpit
dinem. ut diſputari poſſit mori melius fuiſſe, ne tanta
turpitudinem ſubiremus. Poſt hæc dicit adiungendum
eſſe tractatum de iuris, & æquitatis natura, de qu
& in negotiali qualitate tractatum eſt. Et maxime i
abſoluta iuridiciali. quæ duæ qualitates ſolis uiden
tur diſtare temporibus. nam rerum tractatu eode
continentur. Poſt hæc dicit adiungenda exempla, ſi t
men facultas dabit. In quibus doceamus ſimili de ca
ſa neſcio quibus ueniam non eſſe conceſſam, & adiu
gamus illis fuiſſe magis tribuendam. Poſtremo ex pa
tibus deliberationis turpe, & inutile doceamus eſſ
concedi, et magnum periculum futurum, cum tanta re
admiſſa ſit, ſi non fuerit à iudicibus uindicata. Con
tra hæc defenſor conuerſione utetur horum. Maxim
autem ut defendat uoluntatem, & augeat quid uolu
tati fuit impedimento, & doceat nihil amplius ſe po
tuiſſe facere, quàm fecit. Deinde inducat locum comm
nem, uoluntatem expectari oportere. deinde conquæ
ſtionem, cum culpa careat, ſe affici ſupplicio, commu
nem hominem eſſe infirmitatem. Loci uero commune
accuſatoris hi ſunt, in eum qui confitetur, et alteri pe
candi licentia tribuitur, ſi non de facto, ſed de uolun
tate quæratur. Defenſoris conquæſtio eſt de calamita
te, quod non culpa ſua, ſed ui maiore peccarit. Alte



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

locus de fortunæ poteſtate, et infirmitate hominũ. Ter tius locus animum, non euentum conſiderari. Poſt hæc exempla, atq; tractatus admonet, ꝙ in omnibus exem plis ſupra poſitis leges ſint. Vnde neceſſario incidunt tractatus etiam legales. ſed hoc negat eſſe mirandum, ꝙ cauſarum genera quædam ſimpliciter explicantur, quædam coniuncta ſunt. unde qui omnia præcepta co gnouerit quicquid perſpexerit in exemplo, translatio ne locorum neceſſaria perſequetur. nam cum hic & leges ſint, neceſſario quæ legum præcepta ſunt, com plere debemus. de quibus poſt dicetur. nunc tantum ea præcepta poſuit, quæ conceſſioni, de qua tracta tus erat, conuenirent. Si quid res ipſa dabit, facultas conjecturam induci ab accuſatore oportebit, ut di cat accuſator per coniecturam, aut prudenter feciſſe, aut non caſu feciſſe, aut non neceſſitate, ſed uolun tate feciſſe. Atque tum ex his locis iuris, atque æqui tatis naturam oportebit quærere. Et quaſi in abſolu ta iuridiciali per ſe hoc ipſum ab rebus omnibus ſe paratim conſiderare. quoniam conuenit negotiali ab ſoluta qualitas tractata rebus, & diſtat tantummo do tempore, quia negotialis de futuro iuſto agit, ab ſoluta de præterito. C. ſi aut in iis, aut in aliis exemplis ſcripti quoque controuerſiam adiunctam uidebit. V. Hoc præcepto oſtendit incidere ſem per legales poſſe controuerſias conſtitutionibus prin cipalibus, nec aliquando legales ſtatus poſſe exi ſtere principales. C. Deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur. Hoc genus uix in iudicio probari poteſt, V. Secun-

da pars conceſſionis deprecatio eſt. Hanc definiuit it
cum non factum defendimus, ſed aperte ueniam po
ſtulamus. hoc autem actionis genus non frequenter i
currit in iudicijs, ſed in Senatu aliquoties, & apud 
pulum. dat exemplum uel Quinti Numitorij, uel S
phacis. ubi aperta nulla alia conſtitutione uenia poſt
lata ſit. ſubiungit præcepta. primo eius, qui ut igno
ſcatur poſtulat, ut ſua beneficia cómemoret, ſi qua h
buerit in uita præterita, et ea doceat eſſe maiora qu
eſſet factum unde reus eſt deinde maiorũ ſuorum be
neficia oſtendat. deinde dicat ſe non odio neq; crude
tate feciſſe, quod fecerit. ſed ſtultitia, aut alicuius imp
ſu. deinde polliceatur ſe alicubi profuturum. deĩde o
dat ſe conſanguineum magnis ac principalibus uir
uel amicum. deinde amplitudinẽ ſuá, & uoluntatis
generis. & eorum uoluntatem oſtendat, qui de ſe iu
cent, & omnia, quæ perſonæ amplitudinem honeſt
temq; demonſtrent, ſed hæc cum conquaſtione poti
quàm cum arrogantia. Poſt hæc adiungere exemp
debet, in quibus doceat, aut ſimili de cauſa ignotu
multis, aut maiora conceſſa delicta. deinde doceat ſe
poteſtate item fuiſſe, & id ignouiſſe quamplurimis.
ſtremo ipſum peccatum extenuare debebit, & com
rare propter paruum admiſſum ſe hominem tali h
nore excellentem ſupplicio affici non oportere, quo a
ficiuntur cæteri qui maiora committunt. hæc confirm
re locis communibus qui ad captandam miſericord
in primo libro uidentur expoſiti. Sed contra hunc a
dicit, primũ maleficiũ augebit. deinde dicat nihil im
prudenter factum, ſed crudeliter, & inimice omn

ipſum

ipſum immiſericordem, immitem, ſuperbũ, inimicum,
ſemp fuiſſe, amicum nunq̃ futurũ. et ſi beneficia protu
lerit ille, q ueniam petit, is qui contra dicit, docere de-
bebit cauſa aliqua, nõ beneuolentia præſtitum. aut ali
ud maius poſtea conſecutum, & hoc malo beneficia ſu
periora deleta. aut leuiora beneficia maleficijs. aut ut
honor habitus eſt, benefactis, pro maleficio pœna ſu-
matur. Deinde ut per locum communem dicat turpe
eſſe, et inutile ignoſci. deinde optatum fuiſſe, ut reus ali
quando fieret, & nunc nõ uindicari. Poſtremo cogi-
tare debere quali animo circa eum fuerit, & quali
ſtudio. Loci cõmunes eius erunt indignatio maleficij. &
alter ut eorum miſereantur, qui fortuna non malitia
peccauerunt. nam & in Senatu de Syphace diu delibe
ratum eſt. Ita hic docet poſtulatam eſſe ueniam p de-
precationem. nã ſemper animo bono in populũ fuiſſe
non tam facile probabat, cum coniecturali conſtitutiõe
uteretur. Ita excludatur eius coniectura, qua factum
negabatur, ꝙ ergo Po. Ro. bono animo fuiſſet, & relin
quebatur ſola deprecatio. C. Quoniam ergo in ge-
nerali conſtitutione tam diu propter eius partium mul
titudinem commoramur, V. Omnes quatuor conſtitu
tiones cum ſuis ſpeciebus expoſuit. ſupererat iam de
controuerſijs legalibus diſputari. Sed quoniam parti-
s qualitatem, ſpecies ei duas dederat, iuridicialem, et
negotialem, ipſamq; rurſus iuridicialẽ diuidens in ab-
ſolutam, & aſſumptiuam, ſpecies ei duas dederat, iuri
dicialem ipſa mita definierat, ut in ea æqui, & iniqui
natura aut præmij, aut pœnæ ratio quæreretur, æqui
iniqui natura in omnibus expoſita eſt ſupra tracta-

tibus circa omnes ſpecies iuridicialis. unde nūc neceſſario admonet de pœnæ ac præmij ratione eſſe tractandum, quod multa exiſtunt genera cauſarum ex præmij petitione ſimiliter & pœnæ, nam Cicero de præmio tantum loquitur. Nos tamen & ad pœna actionem ratione tradita, præceptum de præmio ꝑ ſimilitudinem transferemus. Petuntur inquit, præmia & apud iudices, & in ſenatu, & in aliquo conſilio. hic admonet, ꝙ. C. in ſenatu. V. dixit ne quis arbitretur de deliberatiuo dicendi genere ſumptū eſſe tractatum, cū de iudiciali genere dicendi oīs tractatus haberetur. Hoc inquit neminem moueat, quoniā et apud ſenatum licet ſententiæ dictio ſit. Quod dicendi genus deliberatiuæ conuenit, tamen iudiciale genus dicendū eſt extimandū, cum & in ſenatu licet de probando homine, improbādoq; tractetur. & omnino inquit, iſta tria genera cauſarū forma quadam, et primo genere diſtant, altiore tamen & pleniore intellectu implicita ſibi & connexa ſuis partibus continentur. Nā primo & apud iudices de præmio ſæpe accuſator quæritur. Accuſatoribus lege præmia dabantur hoc ipſo ꝙ accuſabant. exemplū dat Tullius. Nullo præmio adductus ſum item non. n. ſpolia Caij Verris concupiui. item non ſi ꝑ ſententiæ dictionem agitur deliberatiuū eſt. Deliberatiuum. n. ſic definierat, ut diceret. Cū res poſita in conſultatione ciuili habet in ſe ſententiæ dictionem. ergo cum agitur in ſenatu de homine probando uel improbando, non deliberatiua exinde dicēda eſt, quia habet ſententiæ dictionem, ſed iudicialis cauſa magis, quia de homine probādo, improbādoq; tractatur.

C. Nunc

C. Nunc de præmijs conſideremus. V. Hinc dare præcepta incipit, quæ ſeruanda ſunt cum præmiũ poſtulamus, quod ſolum ſupat de conſtitutione iuridiciali tractata, ut natura æqui, et recti, aut præmij, aut pœnæ ratio quæratur. dat exemplum in quo præmium poſtulatur de eo, q triumphũ petit. poſt quod exemplũ admonet neq; hic, neq; in deprecatione nos facta intentione, & depulſione, & nata quæſtione, aut rõnem inquerere, aut depulſionem rationis, ſed ipſam eſſe iudicationem, quæ ſit quæſtio. C. In deprecatione hoc modo. Oporteat'ne affici pœna. In præmij petitione, oporteat'ne dari præmium. V. Diuidit ergo dicenda in præmij petitione in quatuor, in beneficia, in hominem, in præmij genus, in facultates, quibus ſingulis partes certas ipſe ſupponit. Simul'q; docuit locos communes, quos tantum in his partibus ex quatuor habemus in præmij genere, & in facultatibus. Hæ enim duæ partes affectus tenent, & poſſunt audientes publicæ rationis præmium, & facultas plurimum commouere. Ac de conſtitutionibus quidem ſatis dictum eſt. Nunc de ijs controuerſijs, quæ in ſcripto uerſantur, dicendum uidetur.

C Onſtitutiones rationales eſſe ſtatus, & in primo docuimus, & ipſas eſſe principales. hoc quemadmodũ compleremus in dicendo, ſupio e tractatu docuit. Sed qa ſunt præter ea gña controuerſiarũ quæ uerſantur in ſcripto, quæ incidũt conſtitutionibus, quæ ipſa qnq; ſunt, neceſſario etiã de his dat præcepta. Sunt aũt cõtrouerſiæ qnq; ambiguitas, ſcriptum, et uolũtas, leges contrariæ, rõcinatio, et definitio.

Scripti autē controuerſia eſt cū in quocūq; ſcripto naſcitur controuerſia, aut in legibus teſtamentis, pactis, et dictis, & cæteris quæ in ſcriptura ſunt. ergo principalis eſt ambiguitas, quia ita ordinem fecit, cuius definitio adhibita eſt, cum quid ſenſerit ſcriptor obſcurū eſt ideo quia duas, aut plures res ſignificat. Huic exemplū dedit, ut hæres daret uaſa cælata uxori quæ uellet. Quoniam ut diximus conſtitutiones non ſunt, ſed incidentes ſunt controuerſiæ, non conſtituit quæ ſit intentio, quæ depulſio, neq; quæ ratio, & refutatio rationis, & quæ iudicatio. ſed continuo dat præcepta, quæ ſunt parti utriq; communia, ſunt autem hæc. Primum ut negemus ambiguum, & doceamus locutionis ipſius conſuetudinem, deinde ut ſuperiora uerba, & inferiora conſideremus, ex quibus colligamus quæ ſit uera ſententia.

Deinde excutiamus perſonam eius qui ſcripſit, ut ex cæteris dictis eius factis ſcriptis animo atq; uita quid ſenſerit poſſit intelligi. Deinde excutiamus omne ſcriptū, ne in aliquo uerbo, aut nos adiuuet, aut īpugnet aduerſarium. Deinde dicendum id, quod aduerſarius intelligat minus commode fieri, q̄ quod nos intelligamus. huic præcepto exemplum dat. Meretrix coronam auream ne habeto, ſi habuerit publica eſto. hic enim tractari poteſt, non bene ſentire eum qui publicandā dicit eſſe meretricem, quod publicæ meretricis nullus exitus nulla adminiſtratio, hoc eſt nullum quodāmodo uectigal. In auro uero publicando magnam eſſe utilitatem. Poſt hæc adiungit utilitatem præcepti, ut interpretemur quanto utilior res, aut honeſtior præteretur, ſi id intellectum fuerit, quod aduerſarius interpretatur.

pretatur. hoc autem apertius fiet, ſi id, quod nos interpretamur doceamus eſſe honeſtum, utile, neceſſariũ. Sed quoniam ſcripti controuerſia, ſicuti ſupra docuimus, poteſt eſſe & in teſtamento, & hoc exemplum dedit, poteſt autem eſſe & in lege, adicit præcepta ſi ambiguitas fuerit in lege. Vti quæramus ne forte, quod aduerſarij intelligunt alia lege cautum ſit. Deinde ut dicamus quemadmodum ſcribi oportuiſſet, ſi id ſentiret, quod aduerſarij dicunt, ille qui ſcripſit. Huius præcepti, & argumenti de themate ſupra poſito ſumpſit exemplum, ut doceat ſcriptorem ſi hæredi conſulere uellet, ut ea uaſa daret quæ illi commodum erat dare, non aſcriberet quæ uellet. hoc enim non aſcripto quæ hæres uellet ipſe daret, nunc quia aſcripſit utriq; eorum cautum uoluit, quia hoc non aſcripto conſuluiſſet hæredi. ergo concludit præceptum in huiuſmodi cauſis ita debere tractari. Si hoc modo ſcripſiſſet, illo uerbo uſus eſſet, hoc nó eſſet. Iſto loco uerbum poſuiſſet, aut non poſuiſſet. Deinde adiungit præceptum, uti quæramus quo tempore ſcriptum ſit, quod ſcriptum eſt, quia ex hoc intelligitur uoluntas ſcriptoris. deindeq; quaſi deliberatiuo modo tractandum, quid utilius, quid honeſtius ſit. Eſſe autem locos communes utriq; parti ſi quid per amplificationem dici poſſit, quod illius rei neq; adminiſtratio qua aduerſarius dicit. Nihil enim prohibet fictam exempli loco ponere. Fictam materiam ideſt theticam legem ſine certa perſona. C. Deinde ſi in lege erit ex ambiguo cõtrouerſia, V. nó in aliqua alia ſcriptura. C. alia in lege cautum eſſe doceatur. V. ideſt quomodo tu

intelligis. C. Per multum autem proficiet illud demonſtrare. V. Adiungit aliud præceptum eſſe conſiderandum quemadmodum ſcribi poſſit ab eo, qui ſcripſit, ſi ſic ſenſiſſet quemadmodum dicit aduerſarius. C. Ex ſcripto, & ſententia controuerſia conſiſtit. V. Legales controuerſiæ ſunt quinq; quæ extra conſtitutiones tractatus ſuos habent. ex his Tullius primam tractauit ambiguitatem. Scriptum, & uoluntas nunc explicatur. Scriptum autem omne accipere debemus quicquid in legibus, aut in teſtamentis, aut edictis, aut in omnibus ſcriptis intelligitur. Hoc definiuit ita. Cum alter utitur uerbis quæ ſcripta ſunt, alter ſcriptoris ſententiam interpretatur, & ad id, quod ſcriptum eſt, animū ſcribentis adiungit. Idē tamen qui ſententia utitur duplici modo aſſerit ſententiam ſcriptoris. Aut enim ſemper dicit ſcripti eius unū eundemq; ſenſum eſſe, aut ad tempus, aut ex euentu accipi oportere id, quod ſenſit ille qui ſcripſit. Dat exemplum quemadmodū unū, et idem ſemper intelligitur in ſententia ſcriptoris. Cum hæres ſecundus inſtitutus interpretatur ſe hæredem eſſe iuſtum ſiue natus filius eſſet, ut his hæres eſſet, qui natus fuerat, ſiue natus non fuiſſet, ut alius nullus eſſet ꝗ ipſe, qui ſecundus eſt inſtitutus. Hāc ſententiam unam memorat, & ſemper eandem eſſe. At uero cum ſententia ſcriptoris ita exponitur, ut ex facto, aut ex euētu ad tempus interpretanda ſit, docet omnes ſub qualitate aſſumptiuæ partis in hoc genere contineri. In qua compenſatio eſt, aut relatio criminis aut remotio, aut conceſſio. In his enim omnibus ſpeciebus aſſumptiuæ qualitatis neceſſario lex præcedit, qua

cum

tum ſcriptum habeat, habebit & ſententiam, quam is q̃ eā utitur dicat ad tempus accommodari. dat exẽplũ, & docet nõ ad idem ſpectare in his exẽplis ſententiã ſcriptoris, ſed ex tẽpore ſemp̃ intelligi. Poſt hæc ſubiungit præcepta, qbus uti debet is, q̃ ſcriptum defendit, & is qui ſcripto ſe tuetur. Sunt autẽ hæ laudes ſcriptoris. Cõmunis locus in quo docetur. nihil à iudicibus ſpectari oportere niſi ſcriptum, & magis ſi legitimum ſcriptũ ſit. Tertio loco debet inducere factũ ab aduerſario. poſtea comparare cũ ſcripto id, quod factũ eſt. Deinde dicere qđ iudex in legẽ iuratus ſit. deinde interrogare qd ſit qđ ex aduerſa parte dicatur. Modis autem uarijs interrogare, modo iudicem, modo aduerſarium, modo ipſum ſe cum admiratione interrogare, & interrogare hæc utrũ ſcriptum negetur eſſe. ſic quemadmodum loquitur, et an ab aduerſario aliud factũ ſit q̃ dicatur, an cõtra dici nihil poſſit deĩde cõcludere. Cum ſcriptum ita ſit, & ab aduerſario factũ, et ita factũ non negetur, ꝙ ſumma ſtultitia ſit cõtra dicere. Deinde recitatio ſequitur ipſius ſcripti frequens, & comparatio facti cũ ſcripto uario modo nunc ad te ipſum, ut redeas, nunc ad iudices iſta tractes. Sed ad iudices cũ dicitur, oſtendẽdũ eſt, qd ſequi iudices debeant, ꝙ duabus de cauſis ſit apud iudices dubitatio, ſi aut obſcure ſcriptum ſit, aut aduerſarius aliqd neg`t. at hic utrũq; manifeſtum eſſe. unde iudices parere legi oportet non interpretari legem. Poſt hæc ſubiunguntur ea, quæ cõtra eum dicuntur qui utitur ſententia. Et quoniam ſupra diximus ſententia, aut idem ſemper ſpectat, aut ad tempus accommodatur. Si ad idem ſpectare dicitur

ſententia, ille qui ſcripto nititur, dicat non oportere nos de uoluntate quærere, cum ſcriptum extet, quod indicium eſt uoluntatis. deinde incommodum eſſe, ſi hoc inſtituatur, ut ab ſcripto recedatur. nam ſi nec ſcriptores ratũ crederent eẽ, & ſibi debebunt interpretari habere quod ſcripſerint, et iudicium incertum ſequentur, ſi à ſcripto recedere cœperint. deinde dicere magis uoluntatem eum ſequi qui ſcripta defendat, q̃ eum q interpretetur. Certius.n.iudiciũ eſt uoluntatis ipſum ſcriptũ. Hæc aduerſus eum, q ſententiam ſemper ad idẽ ſpectare dicit. Sin autem ad tempus accommodari ſententiã dicit aduerſarius, debet ille qui ſcripto nititur negare iuſtum eſſe. ut cũ aliquis ſe contra legem feciſſe fateatur, aſſerat cauſam uel tẽporis, uel euentus, uel aliã ſimilẽ. Deinde debet dicere ſemper accuſatorum fuiſſe, ut cum crimen intenderent, facti cauſam afferrent. nũc reorum eſſe, ut cum fecerint quod non licebat, facti ſui afferant cauſam. Poſt hæc tres locos debet aſſerere qui pro ſcripto nititur, ſunt autem hi. Nulla in lege cauſam contra ſcriptum accipi. in hac lege non accipi. hãc cauſam minime accipi. hæc ut dixi, debet aſſerere, ac primũ illud in nulla lege cãm accipiẽdã eſſe. habebit hæc præcepta. quod ſcriptori neq; ingeniũ defuit ad inueniendã oĩa, neq; ſermo ad proferenda, ſi aliqd excipiendũ putaret, eẽ conſuetudinem ſcriptoribus excipere. Hoc probabit, ſi recitet leges quæ habent exceptionem. Erit autẽ uehemẽtius ſi eius ipſius ſcriptoris aliã legem recitet, aut in ipſa lege aliqd caput inueniat, qd excipiat. Deĩde quaſi p definitionem inducere. quoniã nihil aliud eſt cãm accipere, niſi legem tollere. Idq; fieri, ſi

*ri, ſi cauſa accipiatur quæ extra legem eſt .i. extra ſcriptum. Deinde o͞ibus peccandi licentiā dari, ſi cauſa ſemper accipiatur, et iudicibus errorem mitti, cū à ſcripto receſſerint, et ſemper cauſas ſequantur, quæ ſcriptæ nō ſint. omnes ciues quid agant ignoraturos ſi ex ſuo cōnſilio quiſq; agat, & cām legi applicet. Poſtremo hos locos inducet, q̄ omnes actus reipublicæ legibus exercēātur, q̄ hi iudicent q̄ à negotijs ſuis abſint, q̄ iurent in uerba certa q̄ nullam excuſationem, aut aliquam cām recipiant, qua cū teneatur ad iudicandum abeſſe poſſit. niſi ſi eadem cauſa utatur quæ ſit ī ipſis legibus inſtituta, quod ſi omnes legibus tenentur, iniquū eſſe aduerſarios non teneri. Deinde p̄ argumentationem illā, quæ inductio no͞iatur, explicare, an p̄mittant iudices ad legem addi cām cauſam, qua ſe tuetur aduerſarius. Quod ſi ipſi nō p̄mittant, aut etiam ſi uelint ipſi addere populus ſinat, ſi neq; ipſi neq; populus permittat addi cauſam, iniquū eſſe, ut hodie ita iudicent, quaſi iā cauſa legi uideatur aſcripta, indignū eſſe derogari legi, aut abrogari legem, aut ex aliqua p̄te mutari. Derogari eſt in uituperationē uenire. Abrogari totā penitus tollere. Tertiū uero eſt cum pars aliqua cōmutatur, et uertitur. Deinde adiungere populū hodie nihil ſcire. Iniquū eſſe, ut illo inuito, et ignaro aliq̄d de legibus iudicetur eſſe certum ferendæ legis tempus. quod ſi aliquis hāc legem ferat ſcire ſe uelle, ut ſi aliquid ſit captioſum aduerſariū ne contra dicat. eſſe turpia, et inutilia hæc quæ aduerſarij dicūt. Nūc legem qualiſcunq; ſit debere ſeruari. Poſt populo ſi diſplicat, licentiā commodari, ut uel abroget, uel corrigat legem. Deinde*

poſtremo loco concludet neminem permiſſurum fuiſſe de populo, ut aduerſarius hanc cauſam adderet legi etiā ſi ſine alicuius pīculo hoc fieri poſſet, cū ſemꝑ ad idē ſpectare, et idē uelle demōſtratur, ſemꝑ hoc eē in hac lege, qđ ſenſerit ſcriptor, ut qđ nos ſenſiſſe ſcriptorē dicimus.i. ad quā ſententiā ſcripta uerba accōmodamus, ipſa ſemꝑ ſit neq; aliquo tēpore mutetur, ne exiſtat aliquādo diuerſa. Interdū inqt is qui ſe ſententia defendit, contra ſcriptum ſic dicit, hoc ſenſiſſe ſcriptorē ut non ſemper idem ſit, qđ ſenſiſſe dicitur. Sed pro tēpore, pro euētu ſit alia, atq; alia ſententia, & his duobus præceptis ſupponit exēpla, ſemꝑ ad idem ſpectare hoc modo unius partis, uel præcepti, & tractatus exemplū, quā ſuam in tutelam uenerint inter annos quatuordecim quibus expletis pōt facere teſtamentum cū eo, q eſt hæres. Secundus. ſ. et tunc hæres ſi filius ante quā in ſuam tutelā ueniat moriatur, in hoc genere nō pōt hoc dici, q interpretatur ſcripti ſemꝑ eandē ſententiam non ad tēpus accommodari, qua fretus & ille qui ſcriptū dicit. i. ſecundus, qui ſecundus de numero factus hæres ab agnatis, ſcripto ab hæreditate ſummouetur, quia ſecundus ſcriptus cū ſit nō nato filio ſecundus nō eſt, quæ in omne factū idem ualeat nō qđ ſupra ſed hic pro tempore, ut quid fiat lex ſenſerit. C. qđ propè muros hoſtes caſtra haberent. V. probauit hucuſq; cōpenſatiuā ſubeſſe interpretatæ uoluntati cōtra ſcriptum, cū uolūtas expectatur ex tēpore ſubiūgit, & relatiuā ſubeſſe. C. Tū remotio criminis, V. adiūgit nunc & remotionē criminis ſubeſſe interpretatæ uolūtati. Contra ſcriptū cū uoluntas mutatur,



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ut ad tẽpus ſit. Supponit ẽt quartã ſpeciẽ aſſumptiuæ. i. conceſſionem ei ſubeſſe. Tũ conceſſio ꝑ purgatione, quia conceſſio in purgationem, et in deprecationem diuiditur, ſed deprecatio non ſubeſt. Purgationẽ ſpeciebus ſuis ſubijcit. C. Quare aut ita ſententia iducetur, V. Redit ad cóclusionem duorũ præceptorũ ſupra poſitorũ, cũ uoluntatem iterpretamur cótra ſcriptum. C. Scriptũ ergo is, qui defendit. V. Hinc icipiunt præcepta quibus uti debeat is, qui ſe defendit ſcripto. C. quid factũ ſit, V. ab eo uidelicet qui ex legis uerbis arguitur. C. qd iuratus iudex. V. ideſt i quã rem iuratus iudex ſedeat, hoc eſt i leges ſedeat iuratus. C. Sin utrũ neget, V. ideſt, aut ſcriptũ eſſe legem, aut hoc feciſſe. C. Cótra ãt dicetur, ſi aut prorſus aliud ſenſiſſe ſcriptor, et ſcripſiſſe aliud demóſtrabitur. V. Cótra ãt dicetur ab eo, q ſe cótra iſtum, qui ſcripto nititur, uolũtate defendit. Sed huic nũc locos dat, nó quo ad eius ꝑtes iã tranſierit, uerũ ut intelligamus cótra quos locos eius, q uoluntate defendit, reſpondere poſſit. C. aut cauſa aſſumptiua inferretur, V. quoniã cũ ad tempus uolũtas ſcripti accipiẽda oſtenditur, neceſſario ꝑ aſſumptiuæ qualitatis ſpeciẽ argumenta ſumuntur. C. Si aliud ſenſiſſe ſcriptor, aliud ſcripſiſſe dicatur is, V. Prima pars qua is utitur, q ſe uolũtate defendit contra quã nunc præcepta dat ſcriptori. Sin cãm afferet is, q à ſententia ſtabit. Secunda pars qua utitur is q uoluntate ſe defendit cótra quã præcepta nũc dat ſcriptori. C. Sin cãm afferet is, q à ſentẽtia ſtabit, V. dictus prius locus ẽ ab eo, q ſcripto nititur ꝑ ꝑtes ſuas, q ꝑ præcepta iſeqtur ſecundus locus. In quo oſtenditur ſi i cæteris le-

q̃bus cauſa accipiatur, in hanc legem cauſam accipi nõ oportere. Hoc ut probari poſſit demonſtrandum eſt, quia lex uel ſcriptum quodlibet ad res maximas utiliſſimas, honeſtiſſimas, religioſiſſimas ptineat, unde inutile turpe nefas eſſe doceatur legi, tam diligenter ſcriptæ non obtemperari. Deinde docendum ꝙ omnia cauta in hac lege ſint. & proſpecta, & expectata, quæ excipienda, perſpicienda, cauendaq; eſſe uidebantur Subiungitur tertius locus in quo docetur hanc cauſam accipi non oportere. in quo quoniã aduerſarius, q̃ contra ſcriptum dicat, aliqua æquitate ſe tuetur, laborandum eſt uti doceat qui ſe ſcripto defendit illud æquum non eſſe, quod aduerſarius dicit. quo loco bene tractato, ut doceat æquum non eſſe, efficiat, ut non oporteat concedere aduerſario. Nam ſuperiores loci hoc agebant quaſi non liceret id fieri, quod aduerſarius uellet. is autem locus, hic dixi in quo docetur æquum non eſſe q̃d aduerſarius dicit, demonſtrabit eum non oportere audiri, cum iuſtum non uideatur eſſe quod dicit. Deinde deſcendendum erit ad aſſumptiuæ qualitatis ſpecies ꝑ tractatus. Ab eo qui ſcripto nititur uti per ea præcepta, quæ ſupra dicta ſunt compenſationis et relationis remotionis, conceſſionis explicet locos ptis ſuæ. q nititur contra eũ q ſe uolũtate defendit, ſupponendo cãm ex locis aſſumptiuæ qualitatis. deĩde rõnes afferẽdæ ſunt & cãæ, quare aut in lege, aut teſtõ, ita ſcriptum ſit, q̃d ſcriptum eſt. ut ex hoc modo non ſcripta tm̃ defendere, uerũ uoluntates interpretari uideatur ille, qui ſcripta defendit. C. Primũ nulla in lege ullam cauſam. V. præcepta partitionis q̃bus uti debeat is qui ſe ſcri-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

pto defendit. C. Prima pars his ferè locis, confirmabitur, V. In nulla lege cām accipi oportere. C. Deinde item quærere V. hoc totū p īductionē, ut ex eo quod conceditur, id quod non conceditur concludatur. C. Secunda pars eſt, in qua eſt oſtendēdum, ſi in cæteris legibus oporteat, in hac nō oportere. V. Secunda pars incipit de partitione eius, qui contra ſententiam ſcriptum defendit. Si quidem igitur ex hac ipſa quippiam accuſator deroget, V. ideſt æquitate. Quoniā ille q ſe ſententia defendit, contra ſcriptum æquitatem debet aſſerere, neceſſario is q ſe ſcripto defendit, debet rurſus detrahere æqtati. C. Contra ſcriptum aūt q dicet, primum inducet eum locum, p quē æqtas cauſæ demonſtretur, V. Nūc tractatus eſt eius, q uoluntate ſe tuetur contra ſcriptum qđ ſupra tractatum eſt. isq; inducet primum locum æqtatis, ut oſtendat quæ & qualis illa ſit cauſa quam adhibet per interpretationem legis. deinde aſſumptiuæ partis cuiuſq; præcepta ſeruabit dicens. hoc qdē ſcriptum in lege eſt. ſed ego feci ut prodeſſem, uel reliqua, quæ aſſumptiuæ ſunt qualitatis, ut facta ipſa ſua enumeret, & exæquatur. deinde tres illos cōpleat locos ex aduerſa parte, qbus uſus eſt is, q ſcripta defenderat. Hic ex contrario doceat in oēs leges accipi cās. et in hāc legē accipi debere, et hāc cām accipi debere. In oēs leges accipi cās, in hāc nō accipi, iniquū aliqd cōſtitui. ut oīa ſupplicia culpæ, et malitiæ uindicādæ cā cōſtituta ſint. Nūc ſe nihil malitioſe feciſſe. Ipſum ſcriptorem ſi hodie præſens eſſet factum ſuū probaturū, aut ſi ipſe hoc ageret, facturū fuiſſe. Hac de cauſa uiros bonos electos, & dignitate, et æta-

te, ut non ſcripta legis recitarent, ſed interpretarētur p ſum legis ſcriptorem nō barbaris hominibus, ac ſtultis cōmiſiſſe ſcripta ſua. Nā ſi hoc crederet diligenter cunctas exequerentur. nūc quædam poſuiſſe, ex qbus etiam non ſcripta cognoſci poſſunt p intellectum uolūtatem. Poſtea dicendū eſt qd fieri potuiſſet, aut qd accidere potuiſſet. in qbus cauſa cum collocatur, oſtditur recedendū fuiſſe à ſcriptis propter uel neceſſitatem, uel honeſtatem. Oēs leges comprehēdere omnia non poſſe quæ uelint exprimere, uel excipe, ſed eſſe naturaliter in legibus cunctis tacitas exceptiones. deinde locū hūc debebit exequi, q̄a neq; ſermo hominum, neq; ſcriptum aliquod plane ſe exprimat, aut eloquatur uolūtatem ſed ſemp expectari ex ſcriptis reliqua, quæ in uolūtate intelligi poſſunt. deinde utilitatis, & honeſtatis ptes explicandæ ſunt. in qbus docebimus, qd nos fecerimus & qd aduerſarij uelint. ut noſtrū utile aduerſariorū inutile demonſtretur. deinde locum cōem debemus inducere non literas nos ſeq oportere, quæ & tenues & obſcuræ ſunt notæ uolūtatis, ſed ipſam illā uoluntatem. deinde inducere definitionem, qd ſit lex. & ſic definire, ut hoc potius uoluntas, q̄ ſcriptura uideatur. meritoq; iudices inſeruiant legi, q uolūtatem legis interpretantur. iniquū eſſe affici ſupplicio eum, q nō aperte contra legem fecerit, ſed ex aliqua ratiōe utilitatis reip. his rationibus, & rebus tres illi loci approbātur qui ſunt contrarij ſupioribus tribus. uti doceamus, & accipi cām in omnibus legibus, et in hanc legem accipi, & hanc cām accipi. Præterea operā dare debemus ut ēt ſcriptum ipſum ſi quo pacto poſſumus conuerta-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mus. ut id uideatur tenere uerbis, quod nos interpretã
mur. Faciamusq; tale aliqd quale ſupra fecit q ſcripto
nititur. ut ad ſcriptum applicet uolũtatem. Sic hic q uo
luntate nititur in ſcripto debet aliqd inuenire, quod
interpretetur, qđ conueniat uolũtati. Id faciet ſi ambi-
guũ aliqd in ſcripto inuenerit, aut p collectionẽ ex eo
qđ ſcriptum eſt, id qđ ſcriptum nõ eſt oñderit. Si fieri
ut cum leue neſcio qđ inuenerit in ſcripto, tñ cum æq
tatem oñderit in ſua cã eſſe, plurimum proficiet, et ſub
ducet aduerſario argumentũ ſuũ, in quo ille poſuit ſcri
pta tm̃ iudices ſeq debere. Cum et hic docere cœperit
in ſcripto eſſe aliqd qđ proſit ei uolũtati, quã interpre
tatur. Poſtremi loci ſunt cões, q ſumim poterũt ex par
tibus aſſumptiuæ qualitatis, qđ ſupra diximus. Verum
erit proprius locus eius q ſcripta defendit, leges ex ſe
intelligi debere, nõ ex utilitate interpretantiũ. deinde
erit alter, nihil legibus certius eſſe debere. at uero erũt
alij loci cões eius, q ſe uolũtate defendit, leges in cõſilio
ſcriptoris eſſe, & utilitate cõmuni. Deinde indignũ eſſe
æqtatem literis premere, & urgere, cum æqtas magis
uolũtate cernatur. ex his locis quos tres in partitione ſu
praposuit, & accipi cauſam, & in hac lege accipi, &
hanc cãm accipi. Repetit p anacephalæoſin in conclu
ſione tres illos quos in partitione poni locos dixit, &
pro ſcripto, et contra ſcriptum. aut ex ſcripto non ſcri
ptũ aliqđ inducere. i. ſilogiſtice tractare. C. cũ æqtate
ã abundabit, neceſſario multũ proficiet, V. fit &
hic concluſio, ut et is q ſe uolũtate defendit opam det,
ut ipſum ſcriptum pro ſe faciet, uel ambiguo aliquo re
prehenſo uerbo, uel cæteris, ut non uolũtate tamẽ, ſed

etiam ſcripto niti uideatur, quemadmodum illi ipſi ſupra qui ſe ſcripto defendit, ita præceperat, ut non ſola uerba amplecteretur, ſed etiam ſcriptoris oſtenderet uoluntatem. C. Loci autem communes certis ex aſſumptionis partibus in utrãq; partem conuenient. V. Vt aut remoueat, aut compenſet, aut referat, aut concludat. C. Ex contrarijs autem legibus controuerſia naſcitur, cum inter ſe duæ uidentur leges, aut plures diſcrepare, hoc modo. V. De legibus controuerſijs tertia eſt, quæ ex contrarijs legibus conſtat. Nã dicta eſt ambiguitas, dicta etiam controuerſia quæ conſtat ex ſcripto, et uolũtate. Contrariæ uero leges nũc duæ ſunt, nunc plures, nunc una ſi duplex eſt, quãquam et una ſimplex facere leges contrarias poteſt. at una duplex facit leges contrarias, cum una pars nititur legis parte; altera rurſus alia legis parte dimicat, & repugnat. apud rhetores eſt iſta controuerſia. Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet. ut rapta una parte nitatur, ac dicat mortem ſe optare debere raptoris. altera nuptias inducat, ac fiant leges contrariæ ex duplici parte legis. Item una lex contrarias leges facere poteſt hoc modo. cum lex eſt, ut uir fortis petat præmium quod uolet, & duo adoleſcentes filii fortiter fecerunt, petit præmij nomine unus, ut pater eius, qui reus factus fuerat proditionis, ante iudicium liberetur. alter petit, ut agatur iudicium. ita ex una lege diuerſa petentium uoluntate leges contrariæ eſſe dicentur. Verum his omiſſis Tullius definit quid ſint leges contrariæ. deinde ponit exemplum de eo qui tyrannum occiderit, ut præmium accipiat. deinde alte-

ram legem proponit, ut tyranno occiſo quinque proximi facile interficiantur. deinde reliqua præcepta dat communiter in utranq; partem. Et enim cum ambæ partes lege nitantur, quæ præcepta data fuerint uni parti ad alteram partem, quæ etiam ipſa lege nititur, præcepta eadem transferuntur. Eritq; unicuiq; parti hoc principale, ut ſuā legē laudet, aduerſarij uitupet, reprehēdat. Erit ergo tractatus talis, utra utilior lex ſit, utra honeſtior, utra magis neceſſaria, utra ad res plures ptineat, utra ad maxīas, utra lex poſterior ſit. Melior enim quæ poſterior, utra lex iubeat, utra permittat, utra uetet. Nam iubet, deſertor capite puniatur. Permittit adulterū cum adultera liceat occidere, deinde utra lex pœnam conſtituat ei qui non obtemperet, utra maiorem pœnam. deinde utra lex iubeat, utra uetet. In eo enim, quod iubetur, & permittitur quaſi unum genus ſit, contrarium eſt in eo, quod uetatur. Verum in eo, quod imperatur, & permittitur, ſit diuerſitas quam ſupra poſuit. cum illic eſt neceſſitas, hic utē di uoluntas. At his duobus contrarium eſt, quod uetatur, ut infamis ne militet, ut impudicus ne concionetur. Maior autem eſt authoritas legis quæ uetat, quàm illa quæ imperat. Omnis enim lex quæ uetat fortior propterea, quia corrigit illam, quæ aut permittit, aut imperat. Et enim cum omnem hominem ad concionem uenire liceat, & ſit hæc lex quæ quaſi permittat, hæc quæ uetat, infamis ne concionetur, corrigit illam legem, qua aut iubetur aliquid, aut permittitur. deinde conſiderandum, utra lex de parte conſtituta ſit uera de omni uel re, uel actu, utra lex ſpecialiter ſcripta.

F

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſit, utra generaliter. Melior enim quæ de ſpecie deſcripta eſt nõ communiter. et eſt communiter, ut hominem occidere ne liceat. Specialiter uirũ fortem occidere ne liceat, & alia huiuſmodi. Deinde conſiderandum ex qua lege ſtatim fieri aliquid, aut nõ fieri neceſſe ſit, et ex qua ſit aliqua tarditas. nam eſt tarditas, ut in illa lege legatus intra diem trigeſimum proficiſcatur. Hæc oĩa cum dicta fuerint, operã dare debeat unaquæq; pars, quæ pro lege ſua nititur, uti doceat legem ſuam, & iuſtam eẽ, & apertam. Aduerſariorũ autẽ, uel iniuſtam, uel obſcurã, uel ambiguam. Aut ratiocinatione colliget ꝙ uelint adhibere aliquã definitionem aduerſarij, ut intelligi poſſit quid in lege ſit, in noſtra autem lege omnia eẽ manifeſta. deinde debemus adiungere uoluntatẽ, ut a ſcriptum uolũtas quoq; interpretata cõſentiat. dare etiam operã, ut aduerſariorũ lex contrariam habeat uoluntatem. Et ſi fieri poteſt, aduerſariorũ legis ita eſt, interpretãda ſententia, ut pœnæ etiam ipſa lex aduerſariorum per ſententiæ interpretationẽ pro nobis facere uideatur, ut ambæ leges noſtræ ſint partis. Vna noſtra per ſcriptum, aduerſariorũ per uoluntatem. Poſtremi ſunt loci cõmunes q̃ in legibus contrarijs ſumi poſſunt, & utilitate & honeſtate legis cuiuſcunq;. C. ea maxime conſeruanda putetur, quæ ad maximas res pertinere uideatur. V. Præceptum hoc eſt. Comparandas leges eſſe utrum ĩter ſe duæ, uel tres diſcrepent leges, et ſeruari nõ poſſunt ambæ quia diſcrepent ea maxime conſeruetur, quæ ſit in comparatione utilior, honeſtior magis autem neceſſaria. C. Ex ratiocinatione autẽ naſcitur controuerſia, cum ex eo, quod

C

quod uſpiam eſt, ad id, quod nuſquã ſcriptũ ẽ, uenitur.
V. Ratiocinatio ſyllogiſmus dicitur, controuerſia legalis eſt, habet tractatum cum ex eo, quod ſcriptum eſt, id q̃d ſcriptum non eſt, colligitur. Cicero ait cũ ex eo, quod uſpiam ſit, ad id, quod nuſquam eſt ſcriptum, uenitur, & habet modos ſuos quibus comprehendatur, uel ſimile cum colligimus, uel cum minus colligimus ex maiore, uel cum conſequẽs dat exẽplũ, ſed hæc in Marco manno exẽpla ſunt poſita. dat exemplũ Cicero de eo, qui damnatus parricidij, in carcere teſtamentum fecerit. Nulla quidem lex teſtamentum facere prohibet eũ, qui dãnatus ſit parricidij. ſed ſunt aliæ leges quæ nulla facere prohibent parricidij reum, et damnatum, ex quibus colligitur etiam hoc faciendi teſtamenti illum nõ habuiſſe poteſtatem. Item multæ leges ſunt teſtamentorum faciendorum, & quibus iterum colligitur hunc faciendi teſtamenti poteſtatem non habuiſſe, tractatus uero habet locos argumentorum tales. Primum ut ſcriptum laudemus, & confirmemus, deinde conferamus cum eo facto, quod colligimus a ſcriptum, deinde, ut ſimile eſſe doceamus, deinde ut ſi illud æquum ſit, hoc quoque eſſe æquum iudicemus, deinde ut dicamus cum de hoc ſcriptum ſit, cur de alio ſcriptum non ſit, quod quaſi manifeſtum fuerit ex eo, quod ſcriptum eſt, etiam quod ſcriptum non ſit, & icirco à ſcriptore legis prætermiſſum eſſe uideatur. deinde doceamus in multis legibus multa præteriri, ſed accipi hæc acſi non ſint præterita, ex his ſcilicet quæ ſcripta ſunt, hæc dicit q utitur collectione. Qui contra pugnat, ante oĩa laborare debet, ut ſimilitudinem tollat.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& dicat aliud eſſe in eo, quod ſcriptum eſt, aliud in eo, quod admiſſum eſt. Ac propterea eſſe diſſimile, & non debere accipi ex eo, quod ſcriptum eſt, id quod non ſcriptum eſt, cum ſit multa diſtantia diſſimilitudinis, et ſimilitudinis, de quibus in primo libro expoſuit Cicero. Addere præterea etiam poterit is qui contra collectionem nititur ut, & ipſe utatur aliqua collectione. Quod ſi & contigerit, iiſdẽ argumentis utetur quæ ſupra dedimus ei, qui utitur collectione. Sin autem nõ poterit uti, hoc aget, ut oſtendat ſcriptum ſolum conſiderari oportere. Periclitari iura omnia ſi ſimilitudines accipiantur. Nihil enim eſſe pœnæ, quod non alteri ſimile eſſe uideatur. Poſtremi loci ſunt communes ab eo, qui utitur ratiocinatione extra ſcriptum per coniecturam, id quod ſcriptum non eſt accipi oportere. deinde neminem poſſe ſcriptura complecti uniuerſa. illum tantummodo bene ſcribere legem, qui quædam cõtingat, ex quibus alia quæ præterijt intelligi poſſint. Loci uero communes contra eum qui collectione nititur iſti ſunt. Coniecturam non eſſe firmum argumentum, ſed eſt diuinationem. deinde ſtulti eſſe ſcriptoris nõ omnia quæ cauenda ſunt in lege conſcribere. His qui in eo loco ſint adimat poteſtatem, neq; permittat. Sed ut quaſi permiſſo eſſe uideatur collectio fit ex alijs. C. Definitio eſt, cum in ſcripto uerbum aliquod eſt poſitum, cuius de ui quæritur, hoc modo. V. Subiungit poſtremam legalem controuerſiam, quam definitionem nominauit, quæ nulla parte diſtat à conſtitutione rationali, niſi ꝙ uerbum in lege poſitum, uel in ſcriptura aliqua, cũ definitur, quod ſignificat quid ſit, tunc fit legalis definitio.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

definitio. Supponit exemplum de his, qui nauem ſuam dicunt, ꝙ unus incubuerit gladio, alter remum imperitus gubernandi tenuerit, gubernator in ſcapham fugerit. hic cum contendant cuius nauis ſit, ex lege initium capiunt controuerſiæ. Quæritur tamen uerbum, quod in lege poſitum eſt, quid ſit nauis. deinde quid ſit nauem deſerere, & quid ſit in naui remanere. Hæc ſola diſcretio eſt data inter definitionem legalem, & cõſtitutionem ideſt rationalem ſtatum. Præcepta autem dicendi eadem ſeruabimus, quæ ſupra ſunt poſita, ut definiamus & cætera quæ præcepit. C. Nunc expoſitis ijs argumentationibus, quæ in iudiciale cauſarũ genus accommodantur, V. Finitis omnibus præceptis quæ dati fuerant ad omnes conſtitutiones, et ad omnia genera controuerſiarum quæ in legibus ſunt, duntaxat in iudiciali genere cauſarum tranſit Tullius ad deliberatiuam cauſam, & ad demonſtratiuam. Non ꝙ alia præcepta eẽ poſſint deliberatiuæ, et demonſtratiuæ q̃ fuerint ſupra in iudiciali genere duntaxat in conſtitutionibus. Nam pari modo coniecturæ finis, & cæteræ conſtitutiones, & omnia genera controuerſiarum uerſantur in deliberatiuo, & demonſtratiuo quemadmodum in iudicialibus. Vnde non alio modo dicenda ſunt in iudiciali, & alio in cæteris, ſed eadem dicendi ubiq; præcepta ſeruabuntur. Verum etiam quoniam in primo libro docuit, & hic admonet fines ſuos certos habent genera iſta controuerſiarum neceſſario propter fines alia quædam præcepta. & alia quædam argumenta tradenda ſunt de quibus nunc tractabit. Finem habet iudicialis cauſa æquitatem, de-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

liberatiua finem habet utilitatem, ut Ariſtoteli placet; ut Ciceroni utilitatem, & honeſtatē, demonſtratiua finem habet honeſtatē. ergo propter fines quaſi alia argumenta ſunt neceſſaria. Aliud .n. cogit i tractatu praeter conſtitutionē quālibet ille, qui aequitatem cupit iudicibus pſuadere, aliud ille q oſtendere cupit utilitatē, et honeſtatem, aliud q oſtendere uult honeſtatem. Vnde ipſius utilitatis, & honeſtatis praecepta dāda ſunt, quae deliberatiuae cauſae uidentur. et demōſtratiuae propter fines proprios conuenire, & poterat quidē ſupponere exēpla deliberatiuae per ſingulas conſtitutiones, hoc eſt, ut doceret incidere in deliberatiua coniecturam, finem, & reliquas conſtitutiones. Item pari modo in demonſtratiua. ſed quoniam res aperta eſt, dicere praeterijt, ne rem ſatis claram dum apertiorē per exēpla uult reddere, obſcuriorē exēplorum diuerſitate feciſſet.

C. r Erum expetendarum tria genera ſunt. par autem numerus uitandarum ex contraria parte. V. Deliberatiuae, & demonſtratiuae cauſae fines dixit eſſe utile, & honeſtum. uerum eſt quiddam honeſtum, quod purum ſolum, & per ſe honeſtum eſt. Aliud uero honeſtum, quod habet mixtam utilitatem, quod idcirco honeſtum dicitur, quia ſemper in copulatis rebus nomen à meliori parte componitur, ut demonſtratiuam cauſam cum intelligimus habere laudem, & uituperationem. Quidam tamen hāc eandem cauſam à parte meliore ſicut diximus laudatiuam eſſe dixerunt. ergo cum honeſtum nunc per ſe ſolum ſit, nunc ſit aliud, quod iunctum eſt ex utilitate, tamen etiam hoc honeſti nomen nuncupatur. Sunt igitur tria

quae



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

quæ expetuntur honeſtum purum, honeſtum cum utili, & ipſum utile purum ac ſeparatum. ſed his tribus expetendis hoc eſt honeſto utili, & illo tertio, quod mixtum eſt, adiunguntur duo ad tractatum neceſſaria neceſſitudo, & affectio, de quibus plenius poſtea diſputabitur. Atque honeſtum ipſum, quod propter ſe expetitur cum in duas partes, ut diximus, diſtributum ſit, prius tractat de eo ipſo, quod purum eſt nullo utili ſociato quam diximus, eſſe uirtutem. hanc diuidit in partes quatuor prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam. Et definit prudentiam, eique tres ſpecies ſubiungit memoriam, intelligentiam, prouidentiam, quæ ratione temporum conſtant, præteriti temporis eſt memoria, præſentis intelligentia, futuri prouidentia, has ſimiliter definit. Item definit iuſtitiam ſecundum uirtutem, eique ſubijcit partes ſimiliter tres, naturalem iuſtitiam, conſuetudinis iuſtitiam, legitimam iuſtitiam, eaſque ſimiliter definit, & dat exempla. Subiungit tertiam uirtutem quam appellat fortitudinem. hanc definit, et ei ſubijcit partes quatuor magnificentiã, fidentiam, pacientiam, perſeuerantiam. quas item definit ſicuti omnia. Quarta poſtremo ſubiũgitur uirtus, quæ temperãtia dicitur, et dat ei partes tres continentiã, clemẽtiã, modeſtiam, quas partes definit ita, ut omnia ſuperiora. Quibus explicatis aperte docuit id ſolum, quod propter ſe expetitur, & quid ſit, & quale ſit, uerum cum honeſtum hoc intelligimus eẽ, quod propter ſe expetitur, non propter aliquod emolumentum, quod ipſum utiq; uirtus eſt, quoniam incidebat quæſtio, an uirtus ideſt

honeſtum propter ſe expeteretur. Epicurei enim dicūt uirtutem expeti ipſam propter uoluptatem. huius quæſtionis cum latior uideretur eſſe tractatus diſtulit, & negauit ad hoc inſtitutum debere ſociari. ubi tantum præcepta traduntur, non rerum diſputatio continetur. Nam primo in genere, quæ ſunt honeſta appellantur uirtus, ſcientia, ueritas, quæ nullam ob utilitatem, ſed propter ſe expetuntur. C. Veritas eſt, per quā immutata ea, quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. V. hucuſq; naturā et iuſtitiam cum; his quæ naturaliter iuſta ſunt explicauit. Nūc ea docebit cum partibus ſuis, quæ ꝑ conſuetudinem iuſta ſunt. Iuſtitiā enim triplicem eſſe uoluit naturalem conſuetudinis. i. morum, legum. C. Lege ius eſt, quod in eo ſcripto, quod populo expoſitum eſt, V. Hucuſq; iuſtitiam conſuetudinis dixit, nūc incipit legum. C. Fidentia eſt, ꝑ quā magnis, et honeſtis in rebus V. In honeſtis actibus fidētia eſt, cæterū in malis confidentia. Nā multū ipſe ciuis in ſe fiduciæ certa cū ſpe collocauit, ut ē illud.
Turne ſui merito, ſi qua eſt fiducia forti.
C. neq; ad hoc noſtrum inſtitutum pertinet, V. Epicurei enim & ipſam uirtutem dicunt propter ſe non expeti, ſed propter uoluptatem quæ ſicta Epicureorū eſt, hoc utiq; reuincendum. Sed quia longioris tractatus eſt, & alterius operis. Rhetorica enim nunc exponitur ideo, & hinc dicere prætermiſit. C. propter ſe aut uitanda ſunt, V. Docuit honeſtatem ſequendam, ſubiungit uitandam turpitudinem. Sed turpitudo in his eſt, quæ contraria ſunt uirtutibus. Fdētia, ut ſupra poſuit uirtus eſt huic contraria, eſt diſidentia, et audacia uitanda,



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ria uitanda, pari modo inter uirtutes, & contraria media inueniuntur. quæ licet uicina ſint uirtutibus, tamen uitanda ſunt ut uitantur ipſa contraria, hæc autē quæ uicina ſunt, ita ſunt, ut certum nomen teneant. nunc ita ut uocabulum non habeant. fidētiam diximus eſſe uirtutem, defidentiam uitium. At id quod fidentiæ uitium eſt, habet nomen quod appellatur audacia. Item religio uirtus eſt. Irreligioſitas uitium. atq; religioni uicina uitium tamen eſt, & ſuperſtitio nominatur, quæ & ipſa ſit uitanda. ſed hæc, ut dixi, media, uel uicina habent nomina. nam ſunt aliqua quæ non habent, ut iuſtitia cum uirtus ſit, iniuſtitia uitium, punire hoſtes etiam uictos uicinum iuſtitiæ, tamen, quia parcendum uictis eſt, uitium eſt aliquando. cui rei uocabulum nomē ut aſperitas, aut crudelitas, ſupſtitio, audacia. C. Sūt igitur multa, quæ nos tum dignitate, tum fructu quoq; ſuo ducunt ad ſe, V. docuit ea quæ propter ſe expetenda ſunt, itemq; dixit quæ propter ſe uitanda, quæ honeſta, pura nominauit. Nunc docet illa quæ mixta ſunt, & habent partem honeſtatis, partem uero utilitatis, quæ tamen etiam ipſa honeſtatis nomine appellauit. ſunt autem C. gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. V. Hæc definiuit. in quo ſimili modo amicitiam docet eſſe honeſtatem qdem mentis, ſed cum aliqua utilitate ſociatam. loquitur enim de amicitia ciuili, quæ utilitate non caret. deinde partes eius amicitiæ narrat, et cauſas. Poſtremo adiungit illud tertium. uti ſeparatam utilitatem è ſuis partibus doceat eſſe, cum ipſa illa cōmoditas honeſtate carens perſpicitur, uel in rep. uel in ſingulis ciuibus. hæc autem in rep. nunc ad uires perti



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

net ciuitatis, nunc ad ornamentum, quæ ipſa tamen in utroq; conuenienter nominatur. Sed uires nomine appellat incolumitatis. At uero ornamentum potentiā eſſe dicit, ut ſint partes utilitatis duæ incolumitas, & potentia. Poſt hæc tractat, quod græci appellant ... latum, quod fieri poſſit, aut non poſſit. in quo etiam illud docet, quod his uicinum eſt, et quod facile fieri poſſit. Propè enim fieri non poſſe creditur, quod cum magna difficultate conficitur. hæc ſunt de tribus, hoc eſt honeſto, puro, ſine utilitate, deinde mixto cum utilitate, tertio de ſola utilitate. C. Vtilitas autem aut in corpore poſita eſt, aut in extraneis rebus. V. hucuſq; de honeſto cū utili, nūc de ſola utilitate diſſeritur. C. Quoniam ergo de honeſtate, & de utilitate diximus, nunc reſtat, ut de iis rebus, quas his attributas eſſe dicebamus, neceſſitudine, & affectione pſcribamus. V. Honeſtati, et utilitati ſupra poſitæ, atq; tractatæ duas res neceſſario dixerat attributas neceſſitudinem, & affectionem, de his nūc præcepit. ac neceſſitudinem docet eſſe illā, quæ neq; mutari, neq; ab exitu ſuo flecti poſſit. Affectionem uero quæ ex tempore, aut negotiorum euentu, aut hominum adminiſtratione ſæpe mutatur, ut res non tales ſint, quales eſſe conſueuerunt. Ac neceſſitudinem, quæ prima eſt, in duo diuidit. ut nunc neceſſitas ſit, quæ aliter exitus ſuos habere nō poſſit ſed ſua cogit effecta ſine ulla exceptione. dicit eſſe alteram neceſſitatem, ubi fieri aliter poſſit, cum aliquid admittitur. Poſtremum cauſæ genus demonſtratiuum eſt, quod adiungit. dat præcepta quibus laudes, uituperationeſq; tractentur. ideſt quibus locis. Ac primum dicit eoſdem

locos eſſe laudi, & uituperationi, quos in primo libro iudicialis cauſæ, hoc eſt omnia attributa perſonæ. Partitur tamen breuiter laudes, & uituperationes animi, uel corporis, & extrinſecus. Animi uirtutes artes ſcientiæ, uel contra uitia corporis totius, uel in partibus, ut pulchritudo, ualitudo, integritas, & cætera huiuſmodi. Extrinſecus ſunt patria, parentes, cognati, amici, magiſtratus, diuitiæ, et cætera huiuſmodi. Poſtremum præceptum dat in laude, & uituperatione non tam nos conſiderare debere quid corporis ſit, quid extrinſecus ſit, quàm quid ſit in animo. Omnia enim uel laudanda, uel uituperanda non rebus externis, nõ rebus corporis, ſed animo metiuntur. C. Sin aliquæ res incident difficiles, V. de impoſſibilitate dicit. C. quædam ſimplices, V. ut aliter omnino fieri non poſſint. C. Caſſilienſes ſe dedere Annibali. V. niſi uelint fame perire. ergo hic exceptio Caſſilinũ uenire in Annibalis poteſtate. Hic aliter omnino fieri non poteſt. tum adiunctio, ubi exceptio. niſi propter aliquam cauſam. Ita non eſt neceſſitas in ciuili quæſtione illa, quæ ſine conditione eſt partim autem C. ex his multas eſſe res V. ideſt neceſſitudines. C. Nam omni tempore id pertinebit, V. ideſt exceptio ipſa. C. ac ſumma qdẽ neceſſitudo uidetur eſſe honeſtatis, V. duo ſunt quidem honeſtum, & utile. ſed utili cum duo ſubiaceant commoditas, et incolumitas, quaſi tria effecta ſunt, uerũ honeſtas præponenda. ſecundo loco habẽda incolumitas eſt. tertio commoditas, deinde & quæq; res ſit, aut honeſtatis, aut incolumitatis, C. at non eo conſilio, quo Ariſtippus, V. ut ſociorum cadauera tem-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

peſtatibus liberaret. C. Laudes autem, & uituperationes V. Demonſtratiua quæ ſuperat, ſola tractatur per honeſtatem, quæ demonſtratiua partes habet duas, laudem & uituperationem, utrunq; tamen ex attributis pſonæ tractatur. Cum ſint. xi. attributa pſonis quibus approbatur cuiuſq; perſona nomen hominis cæteris ſuis deſignans, & ſanguinem, & hominem hominibus explicatur, cũ nullo ſocium, neq; nomine, neq; attributo. natura eſt attributum extra ipſum hominem, ut in patria, gẽte, ſanguine, cæteriſq;. Hæc enim licet dent homini commodũ, non tamen proprium. In ipſo uero homine eſt natura circa corpus, & animam, quæ dat plurimas, & animo, & corpori qualitates. ergo natura accidens res eſt, quæ apertiorem hominem ad unũquodq; facit. itaq; non orator natura eſt, ſed oratorius, ideſt q orator eſſe poſſit. Verum has qualitates, uel diligentia comparat, ſacitq; pfectas, & habitus nominatur, aut in has caſu quodam, ac repẽtino motu frequẽter incidimus, et affectio dicitur. aut in has inclinamur ſtudio quodã, quod ipſum ſtudiũ per ſe nihil aliud eſt, q̃ uoluntas applicata in aliquas qualitates. ergo afficimur qualitatibus his modis ortu, & natali, & eſt natura. afficimur repẽtinis caſibus, & affectio eſt. afficimur induſtria, ac conſtantia, & perſeueratione, & habitus eſt. At uero ipſum ſtudium, quod eſſe definimus applicatam in qualitatem aliquam animi uolũtatem, hoc inquam ſtudium nunc affectio eſt, ſi pro tempore eſt, nũc ſi perſeuerauerit, habitus. ipſum ſtudium iam quaſi præceptio quædam ineſt rei eius cui nomen eſt ſtudium ſi perſeuerauerit. ſed ut ſtudium intelligam il

illud debeo conſiderare, quod ipſo ſtudio petitur, ut literatura, aut geometria, quod ſi pceptum ſit habitus ſtudio perceptus eſt. ergo natura accidens qualitas eſt, ut animæ, uel corpori, uel extrinſecus, & accidens ab ortu, ac natali. accidit autem mari, uel feminæ. Nam marem eſſe, aut feminã non iam inter commodo computatur. affectio eſt accidens qualitas, uel ſponte, uel ſtudio, mox deſitura. nam ſi permanet fit habitus dicta affectio, ꝙ inficiat qualitate. & erit affectio incipiens habitus, uel uictus. non. n. omnia ad exitum tendunt. Habitus eſt perceptio qualitatum. nam hæc percepta philoſophi dixerunt. hic qualitates, uel commoda ſunt, uel incommoda. quæ quoniã tribus modis qualitates eueniunt, multa his commoda, uel incommoda cõmuniter eueniunt. uerũ per exiſtentiam ea quæ eueniunt ſecernentur. nam alia uis in eo commodo, quod per naturã eſt, alia in eo, quod per affectionem, alia in eo, quod p habitum. habitus non poteſt eſſe, niſi hoc quod non aliud eſt, atq; illud quod habetur. nam ꝙ ignis calet, putant aliqui habitum eſſe, quia perpetuum ſit. cum hoc ipſum ſit ignis, ut caleat. itaq; potius natura eſt. Habitũ multi non niſi deo dant, & uerum eſt. Ille enim habet omnia percepta. At uero homo nunquam ita quid pceptum habet, ut non in profectu quotidie ſit, & hunc profectum dixerunt προκοπὴν, ideſt progreſſionem quã habitum dixerunt, ergo pro exiſtimatione maioris perceptionis in homine habitum intelligimus. ut ſi affectione quadã aliquid quis agit, ut orator in foro non profectus, tamen ſi in eo progreſſio eſt aliqua, habitus dicetur, et certe pro commodo ſuo, uel habitum, uel af-

fectionem faciet.nō ex altero uero erit.In rebus enim nomina ſunt certa,quæ alterum ſignificent,ut iracundus habitus eſt.iratus affectionis.et huius profectus ex ſtudio,et diligentia euenit,habitus eſt.cum naturaliter natura.Studium eſt autem uel adipiſcendi aliquid,uel retinendi uoluntas,ideſt quod uel adipiſci aliquid, uel retinere optamus,uel adepta retinemus.Victus eſt,uel quod ipſe homo agit,uel qđ circa ipſum agitur omnia quæ habet,quæ natura,habitus,affectio,ſtudium.Nam oratorem eſſe, quod eſt habitus, eſt & uictus , ſi in ea exercitatione ſit.Itaq; Cicero q̃ aſſiduo ſtudio pſeuranti diligentia ita Rhetoricam percepit, ut ea in eo perpetua eſſet , habitum conſecutus eſt . Sed quia eiu actum ſibi inſtituit ad uſum uitæ, ideſt in eadem re & in habitu & in uictu.itaq; multum plerũq; de uirtute habitus detrahit,ſi uictus abfuiſſe dicatur.Nā licet orator plenus ſit perceptione ipſius artis , tamen aliquantum argumento detrahit, ſi neges in eadem exercitatione uixiſſe,ut ipſe contra Cæcilium, quia aufert uictum, infirmat habitum,cum dicit. quando tute tu periculum feciſti? plerunq; etiam ſi nihil agat,ex habitu hoc ipſum,quod nihil agit,eſt illi uictus,ideſt uitæ modus.nam ut in uictu eſt,quibus amicis utatur, ita in uictu eſt, & ſi non utatur.& certe,quia nihil horum debet deeſſe perſonæ, poteſt habitum habere ex geometriæ præceptione, in qua nihil agit, & uictum de uſu rhetoricæ. Victus autem omnis ad qualitatem tendit. ſed ea qualitas uel in affectione, uel in habitu erit . deinde uti oratione, uel aliquid Rhetorica noſſe, quod eſt affectionis , & ad loquendum,aut di-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſcendum aptum eſſe, quod eſt naturæ, aut loqui, aut ſtu-
dere, uel quod eſt ſtudij, & cætera huiuſmodi habet ui
ctus. Verum in hoc conſiderabitur uictus circa hæc
omnia, ſi ita agat uitam, ut hoc exerceat. Non enim q̃a
natura loqui, aut ſtudere poſſumus, quod proprium na
turæ eſt, iccirco & inde uiuimus. ſed ſi ſit ordinata,
ſic uita noſtra ad omnem ſubſtantiam rei familiaris
quærendam, ut inde uiuamus, ideſt inde nobis omnia
ſuggerantur ad uictum, merito uictus ex exercitatio-
ne dicitur. Item & ſi ſit habitus, & non in ipſo ha
bitu agat uitam, & uirtutem oratoriæ conſecutus ſit,
erit habitus non uictus. eodem modo & affectio eſt, ſi
eſt pro tempore, ideſt prout res aliqua tulerit, ut lo-
cus fuerit non perpetua conſuetudine inde uiuendi.
Eodem modo & ſtudium eſt, ſi non ſtudium quodli-
bet in exercitatiõe uitæ tulerit, unde uictus nonnun
dus ſit uerbonnus, ut cauſas agere, ut docere eſt huius
ſtudij, ſed quia ordinata uoluntas eſt ad uſum ui-
tæ merito dicitur & uictus, in ſingulis enim his res
quæq; in eo ꝙ ſunt diſtribuendæ ſunt. ut item ſeruus
circa hæc quod in hac conditione eſt. fortuna eſt ſi ſer
uitute ſeruiat tota uita uictus eſt, ſic & cætera de for
tuna. Facta uero & caſus, & orationes, & conſilia ſu
peruenienda accipimus, erunt ſuis nominibus. Nam ui
ctus non eſt ſine factis, caſu, orationibus, conſilijs, ſed
ſic uenit fuit, ut dicere poſſet, ut ei aliquid accideret,
ut conſilio uteretur. Et hæc omnia ſi ſic accipimus, ut
actiones non ordinatas, neque inſtitutas toto uiuendi
tempore, erunt ſuis nominibus. ſin autem in eo gene
re uiuendi poſita fuerint, in quo omnia ſunt con-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ſtatuenda tibi, conſtituendi ad uitam uniuerſam uictus nominabitur non ſuo quiq; nomine. Facta autem, caſus, orationes, conſilia, cum ex futuro tempore argumentum dabunt, ex præteritis confirmabuntur. Nam quia hoc illi accidit, ideo hoc illi accidet quia fecit, hoc ideo facturus eſt, quia hoc dixit. hoc ideo dicturus eſt, quia hoc conſiliatus eſt, ideo hoc conſiliaturus eſt. Negotium factum, uel dictum eſt unde iudicium eſt, in iudicium enim, uel in deliberationem, uel demonſtrationem non uenitur niſi propter factum. Singula igitur quæq; quæ homini aut obijciuntur, aut de homine quæruntur, facta ſunt, ipſa igitur ſingula facta negotium ſunt. Sunt alia facta quæ probationem tribuunt ipſi facto, unde quæritur, ſub quolibet ſtatu ſunt tria facta, quæ extra ipſum factum, & extra facta quæ uicina ſunt ad factum, & probant factum uitæ præteritæ, hæc perſonæ attributa dicuntur. Ergo cum negotium factum, dictum ue ſit, habeat attributa quatuor, continentia cum negotio inquit, in geſtione negotij, adiuncta negotio, quæ geſtum negotium conſequuntur. Ex his duo prima continentia cum negotio, & in geſtione negotij, totum tenent quicquid habere poteſt, cauſa omnis ideſt negotium omne per partes ſuas geſtum, duo alia ſunt ex quibus aſſumuntur primum ab oratore ea quæ negotio adiuncta ſunt. Quartum autem illud, quod eſt conſecutio, non negotij ipſius geſtio eſt, ſed aut extrinſecus uenientia per homines habet, aut per naturam generaliter, ut poſt docebimus. Igitur prima de attributis continentia habet partes quinque ſummam negotij, ſummæ cauſam, facta illa quæ probãt factum

diuiſa

diuiſa per tria tempora. & omne ipſum, quod diximus negotium eſſe factum ſcilicet continetur ab his, à ſumma quæ breuem propoſitionem habet totum claudens, ut patriæ inquit, proditio, & cætera, habet & cauſam quæ gemina eſt impulſio, & ratiocinatio. Impulſio eſt, per quam cuius cauſa factum ſit. Ratiocinatio eſt, per quam factum ſit demonſtratur. Sequitur per tria tempora factorum enumeratio quid ante rem factum, quid in re, quid poſt rem ſit. Igitur quodlibet negotium de ſtatibus interim loco ſit exempli, Milo occidit, non occidit, occidit, & non occidit. partes ſunt ſingulæ quæſtionis. Sed iam parentis occiſio, hominis occiſio, patriæ proditio ſumma eſt, ergo factum ſolum negotium eſt propoſitio facti cum perſona eius qui arguitur, uel quolibet alio modo inuidiam comparans, aut extenuans ſumma dicetur. Et hæc eſt quam Cato in libro ſuo appellat uires cauſarum. hoc argumentum ſequitur cauſam, quam partiti ſumus, quæ utique aduerſus negantem factum danda eſt, ut feciſſe doceatur. Quemadmodum autem tractetur, uel ab accuſatore, uel à reo, in ſecundo habemus. Quod ſi alius ſtatus fuerit præter coniecturam, non cauſa erit, ſed ratio de cuius tractatu in ſecundo docuit. Poſt hæc ſequuntur facta omnia ante, & poſt, in quibus omnia illa quæ in geſtione negotij poſita ſunt, ſi tamen proſunt, aſſumuntur, unicuiq; enim facto ineſt locus, tempus, modus, occaſio, facultas. In geſtione negotij locus, uel naturalis eſt, uel qualitatiuus. Naturalis locus eſt, cum argumentum præſtat. non erit illud argumentum à loco ſed à facultate. Qualitatiuus autem locus præ=

ſtat argumentum ex opportunitate, quæ opportunitas quibus rebus poſſit intelligi, ipſe poſuit. Tempus quid eſſet dudum generaliter docuit, pars quædam inquit æternitatis, hoc quoque in tria tempora diuiſit, quæ ipſa tempora partitus eſt. nam præteritum tribus modis conſideratur, præſens, et futurum, binis. Verum hæc omnia magis ad cognitionem temporis dixit, quicquid eſſet inſinuare cupiebant, quàm ut apta ſint in geſtione negotij. Quid ergo aptum huic parti erit? nam huic attributum eſt tempus, exiſtimatio eiuſdem temporis, & collatio cum geſtione, ut id quod factum dicas, eo tempore ex quo argumentum ſumus. fieri potuiſſe uideatur. Itaque ſic ait. Nam ſæpe oportet commetiri cum tempore negotium. Occaſio autem opportunitas eſt quædam temporis, ad aliquod faciendum. hæc opportunitas tribus modis conſideratur. Modus autem eſt, quo non ſolum factum indicatur, ſed quemadmodum factum, qui modus & animum indicat, ideſt uoluntatem diuidit, aut per prudentiam, aut per imprudentiam, his quæritur clàm, palàm, ui, perſuaſione, imprudentia, purgatur caſu, neceſſitudine, & affectione animi. Facultates autem duplici modo argumentum præſtant. nam eiuſmodi ſunt, ut per eas aut facilius aliquid fiat, aut ſine his effici non poſſit. Adiuncta negotio, ad factum, quod in negotio ponitur, unde iudex laturus ſententiam eſt, ut probari quoquo modo poſſit, per quamlibet conſtitutionem ſumuntur de his rebus argumenta, quæ res poſſunt in ipſum factum affectiõe quadam contineri. Has res affecta nominamus, uerum affecta accipimus.

accipimus. Nunc de ipſo negotio, ideſt de omni cauſa rebuſque in cauſa geſtis. nunc ad res in cauſa geſtas alia quaſi quodammodo extrinſecus, quæ conuenire uideantur, aut inde, ut proueniant, aut ad illa coniuncta ſint, hæc affecta quæ ſupra diximus, negotio adiuncta, & conſequentia negotium dicuntur. Illa prima continentia in geſtione. Sed de illis iam ſupra dictum eſt. Adiuncta uero ea ſunt quæ illis ipſis ſupra poſitis ſingulis aliquo modo, uel extrinſecus cohærent, ut ſummæ, ut cauſæ cæteriſque. ſed cum non in ipſa ſunt, ſed aliunde aſſumantur, conuenientia tamen erunt in collatione, ſiue aliena ſint, non hinc nata, cum erit aut maius, aut minus, aut par. Itemq; ſimile contrarium diſparatum. Si uero his adiuncta ita ſunt, ut extra tamen ſint, erunt aut genus, aut pars, aut euentus. nihil enim horum non ex his adhoc eſt non tamen in cauſa poſitum. et ſi poſitum eſt in cauſa, ideſt in negotio quæ hyppotheticen ideſt quæſtio circa perſonam propriam ueluti non poſitum. ergo genus ſit licet cauſæ, tamen quia genus eſt uelut extra cauſam eſt, cum perſona propria ineſt in cauſa. Item ſpecies. Iam uero euentus cum tria tempora teneat, poteſt eē ex cauſa, ideſt ex negotio de quo loquor, qui probat quid eſt de negotio, quod euenit rebus geſtis, id quod in negotio eſt. Quoniam tamen & præteriti temporis euentus, et futuri temporis euentus aliquoties ſumitur, et hic uideri extraneus poteſt à negotio, ex negotio tamen oriens, unde probatum eſt, adiuncta nunc omnibus modis externa affecta. tamen aliquo modo ad-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

iūgi, ut cætera quæ ſupra diximus. Nunc aliquá ex ipſo, uel in ipſo negotio alio modo tamen ſe habentia quam geſti negotij textus ipſe, & ordo conſiſtit, circa perſonam certiſſimæ quæſtionis maius, & minus, et æque magnum tum ex ui, tum ex numero, & ex figura negotij conſiderantur. Vis in eo eſt, quo ipſa ſignificatione uerborum diuerſas res intelligimus. Itaque cum prolata uerba diſtant ſenſibus noſtris, ſignificatione ea, quæ proferuntur ui diſtant, ideſt potentia quadam, qua quid quæq; res poſſit, intelligimus, de numero perſpicuum eſt. Figura eſt textus, & ordo negotij per circonſtantias ſuas. Simile autem ex ſpecie, aut ex comparabili, aut ex conferenda, aut aſſimulanda natura iudicatur. Simile hoc eſt ſpecies comparabilis, & ſimulanda natura, & in illis octo, genere, natura, ui, magnitudine, tempore, loco, perſona, opinione, ſed ipſum ſimile, quod per hæc ſupra poſita efficitur, illic eſt in contrarijs partibus, & quæ ſub eandem rationem cadunt, hoc diſtinctius poſitum eſt in differentijs. De conſecutione in ſuperioribus duobus attributis negotio negotium omne teneri diximus. tertium, quod eſt adiunctum negotio ueluti extra eſſe præcipimus, ſed naturaliter cohærere extra ipſam hyppothesim, aut ab oratore aſſumi quamquam & ea, quæ extra ſunt, naturaliter ab oratore ſumantur, & de hoc præcepta iam dedimus. Quarta attributio quæ conſecutio nominatur, & ipſa ea tenet, quæ extra ſunt, adhærentia tamen rebus negotij, quæ non ab oratore ex uoluntate ſumantur, ſed quæ ipſis rebus negotij rationabili-

ter acciderunt. Ac propè ea omnia quæ in quarta attributione in conſecutione ſunt, id uidentur eſſe, quod euentus. Verum euentus aliud eſt, aliud conſecutio, uel res conſecutionis. Et enim euentus conſideratio eſt ex quadam natura rerum qua quid perſpiatur, quid ex quaq; re euenerit, eueniat, euẽturum ſit. In conſecutione autem non ex rebus quid eueniat tractat' orator, ſed quid' rebus eueniat, ideſt quid rebus contingat. Deinde, quod in euentu duo ſunt, ut arrogantia, & odium in hac conſecutione unum. nam ipſi facto conſecutio eſt, quod uel raro, uel frequenter. hæc autem omnia collocata ſunt in hac conſecutione, aut nomen contingit rebus, uel imitator, inuentor. Lex de ipſa re conſuetudo, pactum ut frequenter fiat, uel non frequenter utilitas, uel honeſtas, & cætera quæq; (ut dixi) rebus accidunt, non ex rebus ipſis, ſed ad res ipſas quadam geſtione proueniunt.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

# GEORGII TRAPEZVNTII EXPOSITIO IN ORATIONEM M. TVLLII CICERONIS PRO Q. LIGARIO AD VICTORINUM FELTRENSEM.

Petiiſti à me ſæpius Victorine pater, ut nonnullas orationes Ciceronis ita exponerē, ut qua quodq; ratione dictum ſit, quo artificio diſpoſitum, unde inuentum facile poſſit intelligi, ac ad eandē rem ſuſcipiendam non ſolum authoritate tua, quæ maximi ſemper fuit apud me ponderis, uerū etiam precibus, ac rationibus adducere conatus. Ego uero quāuis omnia uera eſſe concederem, quæ abs te afferebantur, utiliſſimam hanc rem, et præſentibus & poſteris futuram, gratiſſimam tibi, cæteris'q; amicis, mihi quoq; ipſi honeſtiſſimam, recuſaui tamen ad hunc uſque diem, reſtiti'q; tibi amiciſſimo, atq; de me optime merito, tam arduæ rei difficultate deterritus, nam ut dicendi facultas cæteris liberalibus artibus longe difficilior eſt, nullus'q; eam niſi maximo, atque diuino ingenio ſumma, ac diutina induſtria conſecutus eſt, ſic quo artificio uſus ſit in orationibus diſponendis orator, magis arduum eſt excogitatu mea ſententia, quā aut de natura, aut de magnitudine, aut de numeris diſputare, quæ res inde patet, quod maximis quondam ingenijs,

genijs, his ſtudijs potiſſimum occupatis aſſiduo declamandi uſu adhibito pauciſſimos è pluribus immo penè ſingulos ſingulis ætatibus tolerandos, quos uero oratoris nomine dignos putes, uix duos Demoſthenem, & Ciceronem legimus, q̄ ipſarum natura rerum ita fieri altius aperiēdum eſt. Etenim in omnibus ſtudijs quæcunque ab ingenio humano, uel alieniora fluxu continuo, uel altiora æternitate ſtabilita ſunt, ea non ita facile conſequi poſſumus, quemadmodum ſi animis noſtris congruerent, qualia ea uidentur, quæ mathematica nuncupantur. Fluxus enim rerum, & inſtabilitas quanto maior eſt, tanto magis hebetia ſolet latere ingenia. Nihil porrò ciuilibus negotijs hoc eſt humanis rebus imbecillius, infirmius'q; eſſe, ſiquis etiam in uniuerſum conſiderat, nemo unquam dubitabit, ſed oratori etiam accidit, ut rem in ſuo genere labilem, nihil aut parum conſideret, ſed huic ſe ſemper accommodet cauſæ, quare neceſſe eſt, ut quanto res ciuiles lubricæ magis, atque inſtabiles cæteris omnibus ſunt, tanto dicendi commoditas, quam oratoriam artem appellamus, difficilior cæteris, atque incertior ſit. Neque enim ut medicus ex his, quæ de homine dicuntur, ea ſubintelligit huic homini medeatur, ſic orator à communioribus in ſingula deductis præceptis bene agere cauſam poteſt. Verum tanta eſt cauſarum uarietas, rerum'q; humanarum continua quædam, atque quotidiana mutatio, ut ſi paulo difficiliorem cauſam bene actam animo diligentius uoluas, non artis illam præceptionibus, ſed per illam artis præcepta percipere uidearis, neq; id iniuria. Vt enim nouæ quædam &



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

inauditæ uarietate circunſtantiarum erumpunt cau-
ſæ. Sic opus eſt oratori, ſi bene acturus eſt nouam atq;
difficilem cauſam, nō ab ijs, quæ uiderit, aut audierit,
ſed ab ijs, quæ rerū natura flagitat, cuncta inueniat,
pronunciet, eloquatur, diſponat, quod tamen facere non
poterit, niſi natus ad id & arte acutior, et exercitatio-
ne uelocior ſit, ad hæc excogitanda, q̄ ſi diuina res eſt
fundare, amplificare, tutari ciuitates, populos, regna, nō
erat profecto diuinius ea res cuius hoc proprium eſt,
uulgo proponenda, ſed ſummo labore, ſummáq; indu-
ſtria, non mediocri temporis ſpacio comparāda, ut uel
optimi ſolum adipiſcerentur, uel qui adipiſci ſtudent,
induſtria ipſa dicendi meliores redderentur. Sic futurū
ut uel ab optimis, uel à melioribus rerū publicarum
gubernacula tenerentur, quamuis etiam in hac re, ut
in cæteris penè omnibus naturam ducem penitus ne-
gligamus, loquacesq; homines, ac audaces oratores ap-
pellemus, unde accidit ut quæcūq; uel incommoda, uel
detrimenta imperiti dicendi ſimul, & excogitandi gar
ruli homines rebus inuexerint, ea omnia in orationis
hanc artificioſam copiam inique congerantur, quæ res
me mouit iampridem non nihil ut ſic de arte ipſa con
ſcriberem, quod qui recte ſequerentur nō longe à ma
iorum deeſſent dicendi copia. Nūc uero tu ad maiora
impellis, quæ ut dixi ego ſemper ipſius rei difficultate
deterritus refugiebam. Nā ut multo facilius eſt de arte
loqui, quàm ex arte dicere, ſicq; alij conſcripſerunt
in locos certos deducere, quibus illi nixi ſempiternas
condidere orationes, diſpoſitionemq; omnem, ac elocu-
tionem oſtendere, tanto difficilius ego iudico, quàm ſi ex
arte

arte dicas, quanto paratior quiſq; eſt ſua edere, quàm aliena occultata, omniq; artificio abdita in medium protrahere, præſertim cum nobis nihil auxilio ſit. Nec enim poſſumus, ut in Ariſtotelicis uulgo fieri ſolet, è turba corũ, qui hoc prius fecerint, quicquam colligere, quippe cum nullus doctior auſus ſit, nec in priſcis quidem ac melioribus illis ſæculis alieni animi artificium in re tam lubrica cogitatum exponere. Nec enim ut in phyſicis ipſa natura rerum ſtabilis, ac firma ad intelligentiam nos poteſt ſcriptorum deducere. Præterea niſi totam orationem ſic teneas, ut omnes ſuos anfractus quaſi præ oculis habeas, qua ſit arte compoſita nunquam percipies, cuncta uero ſimul apprehendere, ut oratori, qui cauſam agit difficillimum, ſic ei qui alieni animi cogitata conſiderat penè impoſſibile, quibus omnibus etiam accedit, quòd hæc res ignoratione ipſius cauſæ tegitur, & minuta hiſtoria plerunque indiget, quæ cum nos effugiat, ut uaticinari multa cogit, ſic latiores inuidis aperit campos, quibus ego anſas præbere malui, quàm tibi me ipſum cui debeo quicquam negare. Accipies igitur opus tuum potius, quàm meum, tibi enim qui iuſſiſti, ſi quid boni diceremus laus omnis attribuenda, ſin ut græce dicitur οὐδὲν ἱερὸν, iure ipſe qui tantam rem ſemper recuſaui, neque nunc niſi iuſſus ſuſcepi, ueniam à legentibus impetrabo. Sed iam ad rem ueniam, daboq; operam abunde magis, ac dilucide quàm grauiter, aut breuiter dicere. Non enim ut me oſtentem, ſed ut proficere in hac re uolentibus aliquid tuo hortatu conferam, hæc edere conſtitui. Primum igitur argumentum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

orationis pro. Q. Ligario paucis exponam. deinde ſtatus rationem aperiam, poſtremo ad ſingula deſcendam, & inuentionis, diſpoſitionis, elocutionis artificium ex abditis diuini oratoris ſenſibus protractum, quantum in me ſitum eſt, tibi cæteriſq; proponam.

## ARGVMENTVM.

q VIntus Ligarius cum eſſet adhuc nulla belli ciuilis ſuſpitio, Legatus in Africam profectus à Cõſidio conſule decedẽte propter uirtutem ſuam prouinciæ inuitus præficitur, interim bellum exarſit, ꝙ cum in Africa eſſet auditum, quærebant aliquem ducem bello qui ibi erant. Cum Ligarius domum aſpectans, atque ad ſuos properans nullo ſe implicari negotio paſſus eſt. P. dehinc Actius Varrus prætor interuenit, qui cupiditate arripuit imperium. itaq; Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, eius aduentu acquieuit. Interea Tubero à ſenatu in prouinciam miſſus, & à L. prohibitus accedere, in Theſſaliam ad Pom. rediјt. Et poſt bella ciuilia ad Cæſarem, qui tunc remp. tenebat, Ligarium accuſat cõmotus ꝙ nonnullos de ipſo deprecari ſenſiſſet, defendit Cicero. Genus iudiciale eſt. Status qui ſint apertius patebit, ſi quoniã figura orationi ineſt, de ductu eius prius dicamus, nam quoniam figuratus eſt ductus niſi figuram intelligamus, fruſtra ſtatum quærimus, qui ex figuræ qualitate conſurgit. Ad hæc duplex ductus uno ſtatu agi non poteſt. hic uero duplex eſt rectus, et ꝑ diſſimulationem ſubiectionis. placet enim diſſimula-

tionem, quæ propter figurã ſuſcipitur, figuram appellare. Rectum appellamus ductum ſimplicem, cum id agimus, quod uolumus abſque ſimulatione, per ſubiectionem uero ductum figuratum dicimus, cum ex eo, quod dicitur, qđ uolumus ſubapparet, et tñ eius cauſa dicere non uidemur quem Tuberoni in illa oratione adhibitum nemo unquam, q quomodo hic agit Cicero recte intelligit, dubitabit. nã & ſi plerũq; alterius aduerſariorũ orationẽ non habeamus, ab altera tamẽ ſi nõ ſumus neſcij qbus rebus in una quaq; cã tam accuſatio q̃ defenſio peragitur, id ſubintelligere poſſumus. Verũ hæc cã nec potuiſſet qdẽ agi, ſi, quod multi putant, in Africa fuiſſe. L. tantũmodo accuſator itendiſſet. qꝛ ſi aduerſus Cæſarẽ addas, quãuis aliqd afferre uidearis, non tamen omnino uulneraſti, quoniam omnes ferè Pompeianos etiam illos principes gerendi belli ſal uos Cæſar uoluit, & Ligarium ſeruare uoluiſſet, cuius duo fratres Cæſarem ſequebantur, & quod maximum eſt, Tuberoni cauſa non conſiſtit. Aequale nanque ſit & æquale atrox nimium atq; uehemens in Tuberonem. Neque uero credendum eſt, aut Tuberones ſic amentes fuiſſe, ac omnium rerum inexpertos, ut tanquam infantes ſine cauſa orarent. Nec ſi ibi fecaſſent, Cæſar eos audire potuiſſet, cui tamen Tuberones perſuaſiſſe fertur, adeo ut Ligarius defendi poſſe non uideretur, Ciceronem tamen uoluiſſe audire, quoniam magno temporum interuallo tantam orationem non audiuit. quare patet nõ recte totã cãm egiſſe Tuberonẽ, ſed recto ductui figuratam ſubieciſſe. Verũ quoniam, ut in quarto nobis dictum eſt, quinque ſunt du-

ctus, rectus, ſimulatus, contrarius, obliquus, & ſubiectionem breuiter hic tangendum cenſeo, unde ipſos nominetur. Accuſatoris igitur ductum ex intentione cognoſces. nam ſi recte quod intendit, id ſolum agit, ſimplex eſt. Rectus qdem ſi qđ agit, ita uelit, ut nihil ulterius exoptet. Simulatus ſi quicquam etiam aliud uelit, qđ aperire non iuuat. Contrarius oppoſitam intentionem habet enim quod uolumus, & ſi ad contrarium aliquid affertur, quod uoluntatem noſtram non denudet, ſed ei conueniat, et intentionem infringat, obliquus appellatur. per ſubiectionem uero ductus, tunc fit, cũ aut parum tutum eſt, aut turpe aperte intendere, quare neceſſe eſt, quoniam nulla conſiſtit cauſa, niſi quod intenditur ab accuſatore expreſſius quàm figura patitur, proponantur. inuenire aliqđ qđ tuto ac honeſte intendi poſſit, cui quod uere intendimus ſubijciatur. At accuſatoris quidem ductus ſic ab ipſa intentione diuidatur. Defenſòris uero à depulſiõe ſi rectus eſt, ſin minus à ratione depulſionis emergit. Verum huius rationis ductus accuſatoris ductum ſecutus eſt, quod non ſemper neceſſe eſt. plerunq; enim defenſor non eodem modo dicit quo accuſator egit, quoniam ergo Ciceronem accuſatoris ductum per diſſimulationem ſequi, cumq; duplicem fuiſſe opinamur, ut quomodo agit hic Cicero facilius habeatur. accuſatoris intẽtiones ponamus, quas tot numero neceſſe ẽ, quot ſunt quæſtiones, uel ductus. Nam intentionum numerus non ſtatuum, ſed quæſtionum, ac ductuum numerum ſequitur. Simulata ergo intentio Tuberonis in recto ductu, ut à defenſoris oratione poſſumus elicere hæc fuit. In Africa Cæſar ad

uerſus te Ligarius fuit, quæ (ut diximus) & apud Cæſarem parum firma intentio, & ipſi Tuberoni conſiſtere non poterat, qui uel in eodem, uel in maiore fuiſſet crimine. Vera in figura ꝑ ſubiectionem hæc reppulit nos tradituros tibi Africam, ex ea prouincia Ligarius Cæſar. hac igitur cauſa freti Tuberones accuſabant apud eum, qui ſi eorum beneficio Africam habuiſſet, multo citius, atq; facilius abſq; ullo diſcrimine uictoriã conſecutus fuiſſet. Verum quoniam id agi aperte non poterat, opus erat auditori eam rem fortaſſis iampridem tenenti ſubijcere. Hæc cum ita ſe habeant, ut omnibus, qui artis rhetoricæ principia teneant, uel luce clarius ex oratione patebat, ſtatus in recto ductu conceſſio eſt per deprecationem, ut ignoſcatur. ad imperatorem enim dicitur cauſa ubi deprecationem conſiſtere nullus ambigit. Recriminatione quoque utitur, leuiter quidem ad id quod eſt, in Africa fuit acerrime ad id quod eſt, aduerſus. Quare recte intentioni hæc duo conceſſionem per deprecationem, & miſericordiam Cæſaris, et recriminationem opponit. In figura hanc fuiſſe accuſatoris intentionem diximus. reppulit nos tradituros tibi Africã ex ea prouincia Ligarius Cæſar, quam coniectura oppugnat, nõ ad id q̃d eſt reppulit ſed ad id quod eſt tradituros. ut enim ad unicam intentionem accuſatoris una pluresq; poſſint afferri depulſiones quibus ſtatus origine principales oriuntur, ut in primo rhetoricorum, & quarto, cum de diſpoſitione ageremus, docuimus. ſic ut hac oratione percipi poteſt, duas plures'ue depulſiones, non toti, ſed diuerſis intentionis partibus opponere poſſumus, quod tunc poſſe accidere ui-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

detur, cum intentio diuerſa contineat, ut hic repuliſſe, ac tradere. Nunc quid horum principalius ſit, aperiemus, ſi prius dupliciter principalē dici ſtatum monuerimus. Principalis igitur ſtatus, ut cum de diſpoſitione loqueremur explanatum eſt, aut origine, aut uiribus. dicitur origine principalis eſt, qui ſtatim è prima depulſione naſcitur. Viribus principalis ē, quo tota uel ex maiore parte agitur cauſa, hoc modo occidiſti Cæſarem Brute, occidi, ſed iure iuridicialis eſt origine principalis, tyrannus enim fuit, non fuit coniecturalis uiribus actionis principalis. In hac igitur cauſa deprecatio tam origine, quàm uiribus principalior eſt. nam coniectura, & ſi natura ſui non conceſſionem ſolum, uerum omnes ſtatus excepta translatione præcedat, tamen quicquid ex figura naſcitur, recto infirmius eſt, cū niſi figura ſolum non ſit, recto ſubſtentetur. poſt deprecationem recriminatio ſecunda eſt, nam coniectura quoniam è figura erumpit, poſtrema ſit neceſſe eſt. Colligemus igitur hæc tria ordine quo fortaſſis tunc conſiderata fuerunt, quatuor ſunt, ut primo diximus, intentio, depulſio, ratio, firmamentum, quibus & ſtatus, et diſpoſitio ſtatuum, & iudicatio tam principalis, quàm ſecundaria inueniri ſolet, quæ niſi pro ea facultate excogitauerimus, quæ nobis oratione defenſoris affertur, radicibus, ac truncis qui totam cauſam ſubſtinent, non perceptis ramos tanquam inſani quæremus. fuit in Africa Ligarius Cæſar aduerſus te, fuit, petit ueniam, conceſſio per deprecationem. Ratio huius depulſionis. dignus es cui Cæſar ignoſcas, is qui cum fratribus fuiſſet, ſi ei licuiſſet ex Africa diſcedere;

præſertim cum his uiris truculentis ignoueris, qui te multo magis inſecuti ſunt. Hæc ratio & deprecationem continet, fratres eius tecum fuerint, et recriminationem affert, & purgationem de animo Ligarij per coniecturam. Accuſationis firmamentum. Indignus qui nos reppulit tradituros tibi Africam, quod quoniam Tuberonibus turpe erat, per ſubiectionem agebatur, tradituros negat capitales hoſtes Cæſaris, ita recriminatio locum habet, & de animo coniectura, & figura erumpit, erant ne traditurj. In quibus omnibus illa principalis iudicatio eſt, quæ ex principaliori ſtatu emergit, cum tibi tradituri Africam non fuerint Tuberones, qui te multo magis quàm Ligarius inſecuti ſunt. Sit ne dignus uenia Ligarius, qui eos ex Africa reppulit, & aduerſus te ibi fuerit, cum ſi inde effugere potuiſſet unà cum fratribus, te ſecutus fuiſſet? hæc iudicatio in hac oratione eſt, quæ cum perplexa multis ſit, per omnes partes ſuas diligenter agitur, in peroratione principalius ſolum concluditur, ut Ligario ignoſcatur. Illud apprime tenendum cenſeo, ſingulorum ſtatutum iudicationes utriuſque aduerſariorum conſideratione, tam in ſimplicibus, quàm in coniunctis cauſis eaſdem ſemper eſſe, compoſitas uero diuerſas, quæ ſit unius ſtatus iudicatio planum eſt, et expoſitione non eget, ea ſimplex appelletur, compoſita uero eſt quæ ex multorum ſtatuum iudicationibus componitur. hæc in principali ſtatu fundatur, & alias iudicationes integras ex una parte impellit auditorem, ut contra quam putauerat, confiteri defenſorem & multum mira confidere credat. Tria igitur (ut diximus) eſſe genera, hone-

ſtum, turpe, admirabile, primum deprecationi, ultimū quod hic ab honeſto non ſeparamus recriminationi. Turpe ac admirabile ſimul coniecturæ conueniunt. Nam admirabile tam hoc qđ inauditum ſit ad nouū id accuſare, quod ſecutus ſis, tam hoc, quod latebat reſpicere poteſt, quare ut coniecturam reſpicit exordiū insinuatio eſt, ut deprecationem, & recriminationem principium. C. Nouū crimen, C. Cæſar & ante hūc diem inauditum, G. insinuatur ſi ad coniecturam referas. Cōfiteri enim uidetur auditori, quod negat, ſin ad reliiqua principium eſt, beneuolentia è perſona confitentis trahitur. Confeſſio. C. Ligariū in Africa fuiſſe: G. q̄m in pticula itentiōis ſit, additur. C. Id'q; C. Pāſa præſtāti uir īgenio fretus fortaſſe familiaritate, quæ eſt ei tecū, auſus eſt cōfiteri G. Fretus ait familiaritate, et auſus eſt ut oñdat rē paruā nō eē, ſed eius naturæ ſicq; occultā ut nec audere confiteri, nec fortaſſis intelligere poſſit, niſi q ſit præſtanti ut Panſa ingenio, & familiaris iudicij, fortaſſe fretus adiunxit, ne quare tantā rem confirmaret Panſa ſcire uideretur. ita & Panſa commendatur, & fides ei occultius detrahitur, quē ei à manus eius incommodis ita mouemur, ut & parua magna, & quæ incommoda non ſunt, periculoſa plerunq; exiſtimemus. Ad hæc teſti iure non debet fides attribui, q ei amicus ſit, in quē iniuria collata eſt, aliter accuſatoris propinqui in reum admitterentur. ita id ſe insinuat, ut & fidem detrahat, quod ad cōiecturam perutile eſt, & familiarem Cæſaris commendet, nec quæ ſequuntur, quibus quod latebat confitentur illi dat, tum quoniam breuiſſime tangitur, & non

uere

uere dicebatur, tum quoniã ita dicitur, ut prudens auditor id potius ſubintelligere quàm orator dicere uideatur, C. itaque quo me uertam neſcio. paratus enim ueneram: G. mirabilis eſt hæc quo ſe uertat dubitatio, & confeſſionum ſimpliciter atq; integre fieri ſuggerit, & præmeditationis ſuſpicionem tollit, quare neſcio ſi quid melius id difficilibus præſertim cauſis inueniri poteſt. nec enim non præmeditati bene ac copioſe agimus, niſi cauſa præclare iuuemur, quod ut efficacius ſit, infert. C. paratus enim ueneram: ut ignoratione tua ad hominis miſeri ſalutem abuterer. G. quod ad illud potiſſimum criminationis fertur, placet enim mihi, uel ad cauſam uniuerſam, uel ad principales partes ſuas, earumq; nonnunquam particulas ſingulas, quæ in exordio ſunt, ſemper accommodare, niſi cũq; obſtant diluimus, & ad recriminationem inquã, & illud fertur. Si honeſto et miſericordi mendacio cui calamitoſo prodeſſe uellemus, tamen hominis non eēt in tanto diſcrimine, & periculo eius reſilere. Et à facto ſuo igitur auditorum conciliat ꝗ miſeris ſuccurrat ciuibus, & occultis ab aduerſarij facto, ꝗ contra calamitoſos inſequtur. C. confitendũ eſt, ut opinor: G. crebro ad confeſſionem reddit, neq; tam cito ab ea receſſit, ut iure poſſit inferre, C. omiſſaq; controuerſia omnis oratio ad miſericordiam tuam conferenda eſt: G. quæ res eos cæcos eſſe demonſtrat, qui ironiam eam confeſſionem putant, quæ ad iudices refugit miſericordiam? C. qua plurimi ſunt conſeruati: G. à facto ipſius Cæſaris acquiritur beniuolentia, C. cum à te non ſolum liberationem culpæ, ſed errati ueniam



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

impetraſſent. G. Cōfiteris ergo Cicero culpam? at ea non parua erat qppe, quæ Cæſarem impulit, qd dicis errati ne ueniam petis? an derides errati ueniam inqt, intelligo hāc ipſam culpā ergo nouū et inauditum crimen in ipſo ingreſſu dicebat, ut cum integre te te confiteri, atq; ſimpliciter Cæſar diceret, placaretur magis, et attentior cætera audiret, & qđ figuratum erat accuſatori cū abs te negaretur, eum non turbet q confeſſionē nō uerbis tuis acceptam, ſed inde à ſe elicitam integrā, expreſſamq; credidit, quam tu nō expreſſiſti. C. Habes igitur Tubero, qđ eſt accuſatori maxime optandū confitentem reū: ſed tñ hoc ita confitentem: ſe in ea parte fuiſſe, qua Tubero: qua uirū omni laude dignum patrē tuū. G. confitetur & recriminatur, tunc uero ab accuſatore eiuſdē criminis reo beneuolentiā contrahi, magno.n.odio in eum incitamur, q quod ipſe fecerit, id in alijs reprehendit, patrem quoq; addit, ut maioris eum arguat criminis, omni laude dignū inqt, ne quoniam recriminatur Pō.ſecutos contumelia uideatur afficere. Id uero et Ligario opitulatur et Pōpeianorū excuſationi conuenit quam ibi tangit. At mihi qdem ſi proprium et uerum nomen mali noſtri quæritur, fatalis quædā calamitas incidiſſe uidetur, ea parte inqt, Pompeianorū.ſ.ut illico ab exordio ſubijciat Cæſari nō fuiſſe illos tradituros ſibi Africam, q poſtea ipſum totis uiribus inſecuti ſunt, opus.n.erat prius ſic confiteri, ut auditor ſimpliciter cōfiteri fortaſſis, et hac cauſa fieret attentior, q totam rem, etiā quā ipſe ſubijcientibus aduerſarijs eliciebat, q̄uis clare concedi non uideret, crederet tñ, cum ad id crebro ipſius defenſoris uerba pene deueni-

nē deuenirent, deinde ſic mitigato animo eius, & erecto ad expectationem reliquorum propter confeſſionis uim, quam nō integre dici ſentiebat, & in integrā poterat ſuſpicari, accuſatoris factum ſubijcere, ut Cæſar etiam poſtq̄ repulſi ex Africa fuerint à Ligario, inimiciſſimos ſibi fuiſſe Tuberones meminerit, et ſic parū fidei, uel figuris eorū, uel pollicitationibus, ſi quæ inter eos latebant attribuat. Diuinæ igitur pſuaſi m animū cito medium efficit, et rerum ac pſonarum ſuſpicionibus implicuit, ut non attentior ſolū eſſet, ſed auderet audire, ut qd de ea re ſentiendū eſſet rectius poſſet dijudicare. Hæc pars exordij illi redditur, qd.n. Tubero tuus ille diſtrictus in acie pharſalica gladius agebat, hæc de diſpoſitione inuētioneq; huius principij ſufficiāt, in quo ut diximus etiā inſinuationis occultius latent uires, qd̄ breuiſſimū à breuiſſima oratiōe tractum eſt. Nūc de elocutione dicamus, quā & ſi ſeorſum ponere potuiſſemus, tamen ut ipſa quoq; uarietate oblectemus, per ſingulas partes coniūctim de ea retractare uoluimus.

## De elocutione Exordij.

e Locutio maior pars rhetoricæ ē, q̄ hi putāt, q oēs eius uires in exornationibus locant, cuius uim præter Homerū, & Virg. in carmine, Demoſthenē, et Ciceronē in ſoluta oratione nemo dicendo expreſſiſſe mihi uidetur. Logi nāq; omnes adeo abſunt, ut iſtos uiros cæteros pueros, aut hos oratores cæteros mer.to exiſtimes, quare nunc ſentio, immo iampridem ſciebam, ac



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ideo recuſabam quantum onus mihi Victorine impoſueris, q̃ ſummi oratoris mirabilẽ uim exponere me impuleris cæteris, quoniam ſemel recepi rem, pro uiribus proſequar. Elocutionis genus cum forenſe ſit, iudiciale eſt, & quoniam defendit Cicero, defenſorium eſt, quamuis ubi recriminatur, accuſatorium ſit. Duplex ergo dicendi genus eſt, accuſatorium, & defenſorium, alterum ab altero ſeparatum, in diuerſis enim orationis particulis non coniunctim accuſat, & defendit i. defenſorio, & accuſatorio genere utitur, quibus de formis dicendi quoniam quæ in genere dici poſſunt, in quinto Rhetoricorum dicta ſunt, nunc ne longiores ſimus, prætermittantur. Illud planè ſciendum opuſculum hoc, nec abſq; rhetoricis noſtris intelligi rectè poſſe, & nihil ferè hic præcipi, quod ibi explicatum ſit, quod accidit, quia in rhetoricis rem ipſam in ſuo genere, hic non quæ in genere fieri debent, ſed quæ in hac cauſa facta ſunt, conſiderauimus, deprecationis confeſſioniſq; genus purum ac ſimplicius adhibet, in recriminatione acer eſt, & uehemens, aſper quoq; adeo, ut nullibi ferè acrior, uehementior eẽ uideatur, coniecturam quoque accuſatorio genere agit, ea enim huius coniecturæ natura eſt, ut qui neget, is accuſet, quod ei quoque cauſæ accidit, quam pro Archia dixit.

## De genere Exordij.

His de tota oratione dictis, nunc de genere Exordij agendum uidetur, cum exordio circunductio maxime conueniat, natura ipſius

cauſæ

cauſæ factum eſt ne circunducat, nihil enim circunductione à confeſſione alienius, quæ nũquam ſimpliciter efferri, ſed multa ſecum contrahere, ac aliud alij connectere ſolet, quare ſi repugnat circunductio confeſſioni purus ſermo, quem claritatis partem in quinto eſſe diximus, qui circunductioni opponitur, deprecationis exordium occupabit, itaq; ſententijs methodo ſchematis uerbis numero purus ſermo eſt, recta enim omnia per explanationem, ideſt expoſitionem, hoc enim nomine cum ſeiuncta eſt à circunducentibus oratio in rhetoricis nobis appellata eſt, per explanationem inquam dicta ſunt, præter illud breuiter uarietatis cauſa circunductum. C. ſed quoniã diligentia inimici G. mẽbrorum longiore ambitu, coma enim præter illud itaq; quo me uertam neſcio, quod dubitationis natura flagitat nullum inuenies, longis inq̃ membris ac clauſula ſplẽdoris genus exeqtur, dactylis enim, epitritisq;, atq; diſpondeis, plerunq; utitur, ut eſt. Tubero detulit, confiteri per te ſcire tam neſcio crimen culpæ ĩpetraſſent, prehendantis, quod cum ita ſit numerum tamen qui locatione, ac clauſula conficitur ſermonis eſſe magis putamus. nam et clauſulæ nonnullæ ſermonis ſunt, quaſcunq; enim clauſulas dignitatem ac ſplendorem efficere non uides, eas omnes ſermoni conuenire exiſtima, quare ditrochæus, diambus, coriambus, anapæſtus, tribracus, ionicus à minore maxime à communiore orationis genere non ſunt alieni, tales uero ſunt ea fuiſſe, & fuiſſe neceſſe eſt, trochæo enim, & iambo conſtat q̃ eius generis proprij ſunt. præterea ditrochæus quamq̃ orationem ualde efferat, tamen quoniam, u, & e, bre-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nes uocales nihil dignitatis hēnt, ut hic humilis ita tibi gratiſſimus ē, quod latebat. Ad hæc mēbrorū princi pia, et ſi minus ꝗ clauſula maximā, tñ poſt eā ad rapiēdū ad ſe numerū poſſident, & cūcta ferè humliū ſunt pedū, nā & à iābo ſtatim incœpit, et ID'QVE iambus eſt, ITAQVE tribrachus, SED QVONIAM coriambus, OMISSA'QVE diambus. HABES IGITVR iambus cum anapæſto, quare fit, ut ex illuſtri oratione ac puro ſermone duobus his dicēdi generibus ita in unū confuſus, ut parū ſplēdoris inſit, multū ſermonis, huius exordij genus cōpoſitum ſit, ſermone opus erat propter confeſſionē, ſplēdore pp authoritē Ciceronis, et ne cōfeſſio in genus admodū tenue orationē deduceret, cōuerſionē in aduerſariū pp recriminationē acri ſchemate utitur. C. habes igitur Tubero G. Vn̄ uides et inuentionē è uiſceribus cauſæ tractā eſſe, et genus exordij à toto orationis gn̄e nō abhorrere. Sed de exordio ſatis, nec n. oīa dicere poſſumus, & quæ dicta ſunt, ſufficere arbitramur. Illud mirum eſt quod multis ac difficilibus cauſis accommodatum exordium & ui rerum maxime, uarium, tam orationis compoſitione, ꝗ rebus ipſis ſic ſimpliciſſimum reddit, ut multi, & docti uiri ꝙ profunditatem eius inſpicere nequiuerint in aduerſarium, ab ipſo illudi putauerint.

### De elocutione narrationis.

n Arrationis uero elocutio purū ſermonē mirifice retinet. Res cōmunes, oratio ſimplex, atꝙ ſummiſſa eſt, adeo ut ordinatio, & partitio quæ elegantiæ maxime ſunt, & cum his

reddito.

redditio non ad effugiendam confeſſionem, ſed ad demittendā oratione adhibeantur, membra breuiſſima, immo cómata, quæ latine cæſa poſſunt dici, penè oīa recte cuncta efferuntur. Circūductio uel nulla uel minima, & quæ eſt rectitudine ſubiecta, breuitate ēt frangitur, uerba uſitatiſſima numero ſolū ſermonis, & dignitatis ita utitur, ut hac re narratio his duobus generibus cōſtare uideatur, quāuis ſeparationibus quoq; utatur, qđ ſchema illuſtrē reddit orationē, ſicut et rectitudini breuiter circunducētia ſubijcere, qđ ita factum arbitramur, ne nimia tenuitate ī cōtemnēdū atq; ignauū genus ſermo excideret, ut que dignitate atq; ſplendore aliquo elegantis orationis pars nō uſitatiſſimus ſermo extimari poſſit, his rationibus ſibi diluada facta narratio ē, præſertim cū ſit et breuiſſima, quàm ut et uerisimilē eē uideas, ꝑ partes exequamur. Memoria tamē tenendū arbitror qđ in primo rhetoricorū explanauimus uerisimilē narrationē à circunſtantijs fieri. C. Quintus igitur Ligarius, G. recta icœpit, & rectitudini ſub cōtinuationē breuē adiunxit, qđ ſplendoris ē. C. cū eſſet adhuc nulla G. breuis rurſum eſt ne rectitudinis uim frangeret, et grādis oratio fiat à circūductione, quæ res à ſimplici narratiōe alieniſſima ē, à tēpore āt ad nullā uim profectū oſtendit Ligariū, ꝗ ante bella ciuilia Africā petierit, qđ uerisimilē fiat narrationē. C. Et ciuibus, et ſocijs ita ſe probauit: ut decedēs G. partitio hic, et redditio nó circunducūt ſingula, nec elegantiæ cauſa adhibentur, nec enim à ſermone recedunt quoniam breuiſſimæ ſunt, ac ferè ꝑ ſingula uerba cæduntur, uelocitatē potius faciunt, quæ huic



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

parti congruit, ut uelocius exprimat, quare coactus eſt remanere in Africa Ligarius, quod à probitate ipſius trahitur, ita & res agitur, & Ligarius commendatur mirifice, tamen breuitate ſchematum grandem orationem effugit, et crebritate plene imaginem conſequitur, ad partitionem enim duplex redditio apponitur, quæ res pleniſſimam faceret orationem, ſi longius ſchemata protenderentur, ita uelocitatis ſpecie, ac plenitudinis imagine, hic ſe extollit oratio, C. cui ſic præfuit G. redditioni coniuncta partitio cōmendatur rurſus à factis Ligarius, plurimum enim ad deprecationem facit uirtus eius pro quo deprecamur, maxime ſi quid dicitur inuitus feciſſe, C. bellum ſubito exarſit. G. ſeparatio eſt proprium ſplendoris, ſchema quod tamen non nimis extollit, partim quoniā unicum, tunc nāq; ſeparationis fulgor apparet quando q̄d ſeq̄tur, ſimiliter ſeparatur, partim quoniam comate abſolutum eſt. Subito addit & nulla narratione futurum bellum Ligarius uideretur potuiſſe ſuſpicari, C. exarſit. G. tranſlatio eſt commodiſſima, quæ cum ſubitam ex igne flammam erupiſſe ante oculos ponat, ardoris etiam ac magnitudinis plena eſt, et propter rem æqua uerbum trahitur, & propter aſperam nimium ſyllabarū locutionem huius cæſi numerus, etiam aſperitatis eſt, conſtat.n. Spondeo, Bacchio, & Polymbacchio, C. quod, q̄ erāt in Africa, G. ab eo ꝙ ante audiſſent geri bellum, q̄ parari ueriſimile fit quod ſubito exarſerit. C. quo audito partim G. oſtendit Ligariū in maximo motu omniū nullo ſe implicari negotio paſſum, id ueriſimile facit affectu ipſius quoniam domum ſpectabat, & ad ſuos re

dire

dire cupiebat, hic illud non omittam uerisimilem narrationem fieri rationibus, quæ à circunſtantijs fluunt, rationes tamen ita exponi, ut rationes eſſe non uideantur, ita.n. tanguntur, ut & uis ſua uerisimiliora faciat, quæ dicimus, & orator non argumentetur, quod à narrationis tum genere, tum breuitate alienum eſt, nec.n. aut propter breuitatem committendũ, ut parum uerisimilis uidearis, aut propter uerisimilitudinem in infirmationis genus incidendũ, quod tamen in cauſa difficile adhibetur, & in diuina pro Milone oratione, & hic in ipſa orationis concluſione uidemus, partim cupiditate in Cn. Partitio hic & ordinatio ad augendum poſitæ ſunt, ut ex hoc ipſo appareat quantum Ligarij fuerit deſiderium domum redire, qui ne dux quidem fieri paſſus ſit. C. Interim. P. Actius Varrus, G. hũc arripuiſſe dicit imperium, ut iſtius cupiditate Ligarij animus melius diſcernatur, C. arripuit G. dixit ut expreſſius uerbo cupiditatem oſtẽdat. Breuiſſima, hic ſunt comata, & ſeparata, quæ res breuitatis eſt, q̃uis primum uelocitati, alterum illuſtri orationi conueniat. C. ſi illud imperium G. correctio cum ueritatis fit, ad uerisimilitudinem pertinet. C. nullo publico conſilio G. ex nunc cupiditatem Varri auget, ut ex hac cõtentione probitas Ligarij magis emineat. C. Adhuc C. Cæſar, G. hæc eſt illa quã in rhetoricis cõmonitionem appellauimus, breuis quædam eorum quæ dicta ſunt repetitio ad lõgam orationem accommodatiſſima, quã in hic non eadem cauſa, ſed attentionis criminum adhibuit, quamuis & ad ſciunctionem pertineat. In tria.n. tempora totam rem Ligarij diuidit, quorũ tertiũ

in confirmatione proſequtur. Commonitionē in duo tempora profectionis, & remanſionis diſtribuit. hic. n. ordo rerū eſt, quem & narrando ſeruauit, ita tamen quæ narrauit, repetit, ut dicendi genus immutet. Confirmare enim uidetur cum adhuc in confirmatione non ſit ea quam in ſex ptibus orationis cōnumerāt. placet ergo nobis breuem quandā orationis hāc appellare repetitionem, q̄uis & diuiſionis uires poſſideat, nō illius qua quibus de rebus dicturi ſumus, oſtendimus, quā diſtributionem appellamus, ſed illius qua quid in controuerſia remaneat, apimus, quæ ſeiunctio nobis appellata eſt, cū. n. profectio uoluntatem habuerit nō turpē, remanſio neceſſitatē honeſtā, concludit ex hoc duo hæc tēpora carere crimine, quare relinqtur tertiū re crimnoſum uideri, in quo qdē controuerſia conſiſtit, quā non exprimit, ſed auditorē hac diuiſione temporū admonuit, ut ex ſe conſyderet quod ſiat. quoniā difficile erat eam dicere, q̄ multiplex erat ac uaria & figuris plena, ut latius iā expoſuimus. nam ſi ſeiunctionis eſt ſecundum narrationem aperire qd̄ conueniat, idq; ex his ipſis quæ narrata ſunt, comprobare, ut qd̄ relinquitur in controuerſiam perſpiciatur, hic locus cū duo prima tempora ne accuſatores quidem recriminari poſſent, in quo conueniant cum defenſore oſtendit, itaq; relinquitur tertium tempus controuerſiam continere, quā tamen ut diximus, exprimere clarius orator non poterat. Tertium eſt tempus. hinc incipit infirmatio, in qua tertium tempus, quod crimnoſum fuiſſe è ſeiunctione apparuit, proponitur. ſanè ſciendum oratores nonnunquam ita omnia cōiungere, ut unū idemq;

& iis quæ dicta ſunt, & iis quæ dicentur queat accommodari, quod ad celandam artem continuandamq; orationem, & præparationem diſſimulandam plurimum ualet. huic dicendi generi tranſitio eſt oppoſita, quæ cum de quibus dictum ſit, commoneat, et de quibus dicendum oſtendat attentiores magis q̃ dociles ſiunt auditores, & artem aperit. quare in præcipiendo ſæpius adhibenda, in dicendo, ut facili cauſa nonnunquam, ita in difficili ferè nunquam, quod ſi eſt criminoſum attenuat. Neceſſitatis crimen eſt non purgat, ergo ex neceſſitate per conceſſionem, non tamen crimen. nam cum uel in Africa fuiſſe aduerſus Cæſarem, uel inde Tuberones expuliſſe tradituros Cæſari prouinciam, uel utrunq; ſimul crimen eſſet, quid ad hoc crimen ſiue ſpõte, ſiue inuitus, quod hic confirmat remanſerit in Africa Ligarius. profectò nihil nec.n. ſi neceſſitate remanſit, idcirco neceſſitate aduerſus Cæſarem quoque, uel ad repellendos Tuberones uidebatur impelli, non ergo purgat crimen, nec fruſtra dicitur, ſed inde quid agit neceſſitate crimen purgare uidetur, & Cæſari mirabili artificio purgationis ſpeciem ſubiicit. Ligarium ſi potuiſſet ex Africa effugere cum fratribus Cæſarem ſecuturum fuiſſe. quod ita dicit, ut apertius penè mihi quàm figura patitur, expreſſum eſſe uideatur. Nemo ergo contentionis non cupidus ſi uim uerborum conſiderat, negabit per figuram, & quidem apertam ſubiici à Cicerone Cæſarianũ uoluntate fuiſſe Lig. Pompeianum uiſum, quoniam temporibus ideſt neceſſitati paruiſſet. Hæc dicendi uis demoſtheni ca eſt, hos enim duos uiros ego ſolũ inuenio conari to-

tis uiribus ſummam cauſæ in oppoſitum retorquere, ac ſi quid aduerſarius conſiſtit, id inconſiſtens facere, qđ ſibi ipſis non conſiſtit, conſiſtens ui orationis reddere, qđ totum aut apertius aggrediuntur ſi cauſa patitur, aut ſi clarum fieri non poteſt auditori, per figuras ſubijciunt. Id hic factum per ſeipſum unuſquiſq; intelliget, ſi ſingula oratoris uerba diligenter examinet. illud notandum, non eſſe hunc locum deprecationis, quem uoluntatem in rhetoricis nominamus, ſed conceſſionis modum ex neceſſitate coniecturali loco firmatum. nam in deprecatione conſulto factum non negamus, uerum nõ odio, ſed recto quodam officio commotos dicimus. hic cõſulto eum remanſiſſe præclare negat, quod conceſſionis eſt. C. An ille, ſi potuiſſet illinc ullo modo euadere: G. coniecturali loco neceſſitate non uoluntate remanſiſſe eum oſtendit. nam cum neceſſitatem abfuiſſe non uoluntatem propoſitum dupliciter ſit, idq; in coniectura dupliciter uerſari uideatur coniecturali loco ad utramque partem accommodato abſoluitur, & affectus ex contentione maior erumpit, C. Uticæ potius, inquit, quã Romæ cum alienis eſſe, q̃ cum ſuis G. qđ ait Romæ, & cum ſuis, i. qđ uoluiſſet, qđ quin conſentaneus nõ ẽ, relinquit Uticæ, ac cũ alienis neceſſitate fuiſſe. Nullus tñ credat coniecturalẽ ſtatum hic eſſe nos arbitrari, ſed coniecturale qđ ſine coniecturæ locum. nã ſtatum inuadere tunc putamus, cum huiuſmodi eſt, qđ proponitur, ut uires non paruas habeat, & locis pluribus tractetur. ſi uero unico loco expeditur, nec originem cauſæ reſpicit. locum hic dicimus, eumq; eius ſtatus nomine nuncupamus in quo uerſari uideatur, & eius ef-

ſe ſtatus locum non dubitamus, ex quo quod probatur emanat, nec id ſine cauſa, nam & ſi unicuique ſtatuum ſuos locos attribuimus, coincidere tamen tam ſtatus, quàm ſtatuum locos, tantoq; magis, quanto magis conueniunt, in ſecundo à nobis rhetoricorum dictum eſt, quare is locus coniecturalis eſt, & locus conceſſionis, nam ſi uniuerſa coniectura conceſſioni plerunque accommodatur cum ab aduerſarijs, id quod purgatur negatur, fit'que tunc coniectura quaſi conceſſionis locus, cur & coniecturalis locus conceſſionis locus non erit? Sed hæc in rhetoricis latius dicta ſunt, & per totum ferè librum ſparſa, ubi præceptum eſt, ut ſi quod indicit breuius quid ſit, ac unico loco tractetur, locus appelletur ſi maiores uires afferat, multosq; locos amplectatur, niſi à principijs erũpat cauſæ ſtatus incidens quo tanquam locus principalis firmatur. Eſt igitur is locus ab affectione, quæ res una eſt ex ijs quæ perſonis attribuuntur, quibus uoluntatem coniecturæ locus arguimus, quem affectum, ut augeat expoliendo ter repetit, idem enim ferè ſenſus omnium eſt. & cum expolitio pulchræ, uenuſtæq; orationis ſit non huius gratia, ſed ut immoratione magis moueat, hic adhibita eſt. quod tunc maxime fiat cum alijs exornationibus coniungitur. nam nec ipſa uenuſtatem amittit, & quod ei annexum eſt immoratione, quam ab ipſa ſuſcipit magis mouet. eſt autem hic repetitioni coniuncta, & ea duplici, ueloci, et acri, quæ tamen non ita eminet, q͞a non à primo membro expolitionis incipit ſed duo poſtrema occupauit, duplicatas quoque ſua ſuppreſſa eſt, partim quoniam non ſylla-

bis conſtat, partim quoniam interualla minima commatum propter uelocitatem fieri neceſſe eſt. uerũ cum repetitio cæteras omnes exornationes, ut ui & gratia ſuperet, omnibusq; penè dicendi generibus conueniat, quod facit, ut ea crebrius oratores utantur, non grauabor plura hic de ea dicere, latiusq; quàm propoſitum fortaſſis poſtulat, euagari. Repetitionem in ſimplicem & duplicem partimur, ſimplex per ſingula membra, uel commata uerbum in initio repetit, duplex tertium primo reddit, quartum ſecundo, & cum pura eſt, ideſt alijs exornationibus, uel ſchematis non permixta grauiſſima ſimul & iucundiſſima eſt. dignitatis, & pulchritudinis plena, ſi longioribus membris componitur, nam ſi ſimplex & longiorem ambitum, & multorum membrorum, ac commatum in eodem repetitionis membro cumulum, illuſtriſſima ſimul atq; pulcherrima eſt. quod illa Ciceronis pro præficiendo Pom. quam omnes
» penè uſurpare conantur, aptiſſime oſtendit. Teſtis eſt
» Italia &c. Si ergo ſimplex huiuſmodi ẽ, duplex oẽm hanc gratiam, & dignitatem multo maiorem poſſidebit. ꝙ ſi membra repetitionis ſimpliciter, ideſt nõ membris multis efferuntur, ſi longiora ſunt, illuſtrant orationem, ut illa Pogij in epiſtola ad Carolum trimem-
» bris. Illi ignarum rerum omnium genuerunt. hic red
» didit ſua opera doctiorem. illi tantum ut eſſem, fece-
» runt. hic ut eſſem cum honore & dignitate, illi alimen
» ta corporis præbuerunt. hic animum moribus forma-
» uit, & recte uiuendi inſtitutis. cæſis compoſita omnis repetitio uelocitatem facit, & gratiam non amittit, quod illa bimembris clariſſimi uiri. L. Iuſtiniani de laudibus

Caroli confirmat, q̃ non diſcere, ſed reminiſci. non ap
prehendere, ſed tenuiſſe prius omnia uiſus eſt. at ſi du
bitationis, uel interrogatiõis ſpiritus ei adiũgitur, acris
fit. q͂ ſi ad hæc cõtinuatio quædã adijciatur acrior qua
lis iſta eſt. An ille ſi potuiſſet illic ullo modo euadere,
Vticæ potius, q̃ Romæ cum. P. Actio. q̃ cum concordiſſi
mis fratribus, cum alienis eſſe, q̃ cum ſuis maluiſſet, cõ
tinuationem hic nominamus, cum omnia membra uni
co uerbo concluduntur. dubitationis ergo ſpiritus cum
continuatione duplici repetitioni infuſus mirabilẽ hic
facit acrimoniam, quæ etiã uelocitate q̃ breuiſſima com
mata faciunt, adiuncta eſt. Velox enim oratio nonnullã
acrimoniæ aſperitatis, ac uehementiæ ſpeciem præbet.
uerum quoniam in rhetoricis diximus, ſiquid ſplendo-
ris acrimoniæ immiſcetur, uehementiam fieri. Non er
rabis ſi affectu Ligarij uehementer expreſſo, hic au=
ditorem agitari dixeris. clauſulæ nãq; omnes ſplendo=
ris ſunt præter penultimam, quam meo iudicio illuſtrẽ
non poſuit. quoniam ſplendor eximius acrem oratio-
nem qua hic præcipue opus erat, non parum infrin
git. in penultimo uero loco collocauit, non caſu. ſed
quoniam in cõtinuatis ſchematis, quæ in fine uel pro=
pe finem ſunt, totam ad ſe arripere orationem uiden
tur, in fine non poſuit, quoniã ut acrior oratio eſt quæ
aſcendit, ſic deiectior quæ deſcendit, quod ſola tranſpo
ſitione unius uerbi perſpicitur, nec illud prætermittam
quod concordiſſimis ait, ut ſplendor clauſularum in-
ſit, non extet, utq; uerbo aſperitatis uehementiã iuuet.
Eſt enim uehementia, ſplendore, aſperitate, acrimonia,
compoſita orationis forma, ſed cum nunquam orator

inuentionem elocutioni ſubijcere debeat, inſani enim omnino eſt hominis propter elocutionem aut pluribus paucioribus'ne uti uerbis, aut alienis quàm res poſtulet quantum reficiat qs non uiderit? nam ſi concordiſſimis erat fratribus Ligarius, hi autem ſemper Cæſarem ſecuti ſunt, & ipſe Cæſarem ſecutus fuiſſet, ſi ex Africa euadere potuiſſet, tantam uim unicum habet, ut uides, uerbum, ſed ad repetitionem redeamus. Repetitio tam ſimplex quàm duplex ſi ſolum repetitio eſt, longioribus ac ſingulis, & abſolutis membris pulchrã ac uenuſtam facit orationem, breuioribus ac comatis iucundiorem magis non abſq; uelocitate, qđ ſi ſingula eius membra pluribus conſtat, ſi quidem longioribus ac abſolutis grauem grandemq; multo magis, ſin autẽ comatis uelocitatem non abſq; ſuauitate, ſi tota pendet hæc omnia maiora reddit. ſi interrogationis, uel dubitationis ſpiritus additur, ad acrimoniã rapit maiorẽ; ſi conuerſio quoq; ineſt, quæ tamen mobilior ac uelocior eſt ſi comatis componitur, illuſtrior, ſi membris, ꝙ ſi omnia concurrant duplicatas comata plura in imo conuerſio excitatio ſpiritus cuius ui etiam continuari uidetur, duplicitas iam iã nihil hoc ita compoſito ſchemate uelocius, acrius, excitatius inueniri poterit, cui etiam pulchritudo inerit, & uenuſtas maxima propter duplicitatem quæ ſimul ſuauiſſima eſt, maxime ſi trimembrẽ excedat. qualis ferè illa eſt Ciceronis. Maiores noſtri ſæpe mercatoribus atq; nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt. uos ciuium Ro. tot milliũ uno nuncio atq; uno tpe necatis, quo tandẽ aĩo eẽ debeatis? Legati erant ꝙ appellati ſuperbius Corinthũ

patres

patres noſtri totius Græciæ lumen extinctam eē uolue rūt, uos eum regem inultum eſſe patiemini, qui legatū populi Ro. conſularem uirum uinculis ac uerberibus omniq; ſupplicio cruciatum necauit. Illi libertatem ciuium Ro. imminutam non tulerunt. uos uitā ereptā negligetis? ius legationis uerbo uiolatū illi ꝑſecuti ſunt. uos legatum omni ſupplicio affectum relinquetis? auxit tamen longioribus membris hic ſplendorem, & pulchritudinem Cicero, quæ finiens corripuit, ut ad maiorem uim præcipitaret oratio, et duplicationis ſuauitas acrimoniæ obeſſet, uim eius retinuit, iucunditatem mu tatione depreſſit. hæc diximus, ut ex his paucis plura q̄ legūt inueniant, hæc cæteris etiā exornationibus accommodanda ſunt, nam omnia ſchemata cū connectuntur, ita cōmutantur, ut nec ſuam penitus uim, aut gratiā retineant, nec in alienā omnino tranſeant, ſed cōpoſitum qd cōficiant, ad qđ & membrorum q̄titas, & uerborū uis, & numeri ſonoritas cōſyderāda eſt, ut qđ ex his oībus reſultat dicendi genus capere poſſis. Quæ orationis cōpoſitio tribus modis fit. Primo mēbris, ſchematis, numero. Nā hic ut in numero locationē ad clauſulam, ſic uerba in membris includimus, qbus omnibus forma dicendi ſimplex conſtituitur. Item cum ex integris dicendi formis una redditur forma. Tertio cum huius generis membra illius ſchemata alterius numerus, & minutim hinc clauſula, illinc locatio, inde uerba ad unam componendam formam concurrunt, q̄ ab iis quæ magis extant, appellare ſolemus. Horū triū non minore cura (ut arbitror) q̄ oporteat primum in rhetoricis expoſuimus. De reliqs nihil, aut parū di=



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ximus, quoniam ad grauitatem eam pertineret de qua in alio tempore, ſi dabitur otium, dicere maluimus, ſed ad Ciceronem redeamus. C. cum ipſa legatio G. confirmatio rationis eſt à contrario dupliciter à legatione, ac dignitate ad priuatum habitum à pace ad bellum, quā quidem rationem potuit ita exprimere, cum ipſa legatio, quam geſſit in pace, plena deſiderij fuiſſet, æquo animo priuatus eſſe potuit belli diſſidio diſtractus à fratribus, ſed maiorem locus acrimoniam, q̄ explanationem poſtulabat, et cum explanationi acuties opponatur, acrimoniæ ſiueat artificio eā adhibuit, methodus.n. hæc acuti generis eſt, ut cum pauciora dicantur, plura ipſius orationis ui atq; contextu intelliguntur, ut hic legationem primū plenam deſiderij dixit, erat autem conſequens ad legationis contrariū, orationem deducere, non autem id, ſed belli diſſidium intulit, ſic & pluribus breuius contractatis acrimoniam auget, & acute nimis oppoſitum ſuggerit. Alterum.n. altero trahitur diſſidio.ſ. bello æquo animo à fratribus diſtrahi eum non poſſe, qui uel in pace fratrum amore ſolicitus erat, & qui in legatione, ac dignitate ſuos deſiderauit is priuatus magis deſiderauit, ita oratio breuior, ſenſus amplior, uis maior, adde q acutum genus figuræ per ſubiectionem aptiſſimum eſt. Shemate uero hæc oratio circunduat & ſpiritus excitatione aſperior eſt. Idq; tria in unum confodit, ex ſubcōtinuatione circunductionem, ex ſpiritus commotione aſperitatem, ex membrorum ambitu ſplendorem, cui cætera conueniunt quæ omnia cum acuto per methodon genere grandem orationem uehementem, & figuræ idoneam conficiunt.

ciunt. C. Nullum igitur habes, G. concluſio hæc magis aperit figuram, licet. n. poſtq̃ iudicis animum rationibus attraximus, apertius concludere, nõ tamen ꝑdit, ꝗ figura ſit, quãuis id quoq; fieri poſſit, ut ꝗ figura tectum propoſuimus, id rationibus cautius comprobatũ pedetentim exponamus, ac demum ſic aperte concludimus, ut nullo modo tegi uideatur, quadrimẽbris ergo collectio eſt, conſtat. n. propoſitione, oratione, confirmatione, concluſione. Id apprime notandũ arbitror, ꝗ cũ propoſitum ſit, ꝗ ſi eſt crimínoſum, neceſſitatis crimen eſt, non uoluntatis, in concluſione criminis uocabulo, ac neceſſitatis omiſſo nullum habes, intulit alienæ uoluntatis argumentum, & cum rationibus impulſus, auditoris animus bonam in ſe fuiſſe Ligarij uoluntatem credat, uel non peccatum exiſtimet, uel ſi ad hoc adductus non eſt, neceſſitate exiſtimet, q̃uis et ſtatim proponens nõ omnino dedit crimen, ſed quaſi ſubdubitãs ſi criminoſum eſt, inqt. C. O clementiã admirabilem, G. hic locus & ad miſericordiã rapit auditoris animũ, quæ huius orationis radix eſt, et ad recriminationẽ optime præcedit, ut ipſe paulopoſt oſtendet, ubi dicit. Atq; hæc præter ea de me, et qm̃ iam intulit, nullũ igitur habes Cæſar adhuc in Q. Ligario alienæ à te uolũtatis, nũc à rebus maioribus, quæ Cæſari gloriæ fuerant ad miſericordiã impellit. Ita ergo locos, uel argumentationes diſpoſuit, ut ratio rebus creſcat, et uehementiora demonſtratiuis præponantur, qđ tam in partibus argumenta nonũ, q̃ inter ipſas argumentationes in quarto, cum de diſpoſitione argumentatiõis ageremus, fieri debere docuimus, nam ſiue nihil, ſiue aduerſus ſe feciſſe ligarium,



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Cæſarianumq; uoluntate credidit, quod in ſuperioribus ſubijciebat, ac ideo neq; præponens omnino crimē dedit, & concludens duo uerba propoſitionis prætermit, quæ tamen omiſſa non uitioſam fecerunt concluſionem, quæ ad eundem ſenſum etiam abſq; illis accedere uidetur. ſiue igitur illud credidit, ſiue neceſſitate crimē commiſſum ſuſpicatus ſit, multo maius eſt, uel ſponte ſua ijs ignouiſſe, qui eum conſilio inſecuti ſunt. Præterea hæc admiratio fauorem ex perſona iudicis conciliat, non q; ſententia exordij uſus ſit, tunc enim ſententiam exordij interpoſitam putamus, quando quod dicitur, ad eius partis quæ agitur parum, ad exordij finem plurimum ualet, itaq; adhibetur magis, ut auditorem conciliet, q̄ ad aliud, hic uero locus miſericordiæ initiū eſt, quam quidem præcipue tanquam firmiſſimam hic ingreſſu ferè cauſæ uoluntate prius rei comprobata et in poſtremis collocauit. Clementiam enim Cæſaris in manifeſtos hoſtes prædicat, ut Clementiorem ipſum in Ligarium reddat, qui uel nihil, uel coactus peccauit. Eſt ergo hic locus deprecationis, qui attributio nobis in rhetoricis appellatus eſt. C. M. C. apud te G. à ſe incipit, ut in Tuberones cómodius labatur, et ex utriſq; quaſi à proprijs exemplis clementia Cæſaris augeatur, nam ſi domeſticis magis q̄ externis exemplis mouemur, ſuis multomagis Cæſarem commoueri neceſſe eſt, qui in hac ipſa cauſa eos aduerſatores, ac defenſores audiat, qbus ignouit, C. nec tuas cogitationes G. ex aperit quantum cófidat, q uel de animo ipſius Cæſaris certiorem ſe eſſe oſtendit. Apud quem igitur hoc dicit nempe dixit quod fecit nunc quomodo in eum Cæſar

ſe habuit

ſe habuit oſtendit, ita ipſius Cæſaris exemplo Cæſarẽ mitigat. C. Vide quæſo tu, G. conuerſio ad aduerſarium acris eſt, & à maiore infert minus, magis enim quiſq; cælari ſua crimina cupit, q̃ aliena, hæc uerbis quoq; auxit, ſignificantius enim dicere eſt, q̃ confiteri, præterea conuerſione hac utitur quaſi prioris exempli concluſione, quæ etiam ad confeſſionem ptineat. Viderat enim Tuberones in dicendo ueritos fuiſſe ne defenſor negaret, nempe qui teſtes etiam adduxerant, quare Cicero, ut grauis orator cum manifeſtam intentionẽ accuſatoris negare integrũ non eſſet, miſericordia Cæſaris magis fretus, ad confeſſionem refugit. Forma huius particulæ dignitas eſt, id'q; ex omnibus pene partibus, nam res cum ipſis gloriamur tanquam bene geſtis ſplendoris ſunt, cum eis non gloriamur, nec tamen formidinem nobis induunt, à dignitate alienæ non ſunt, quam cæteris pene omnibus nõ in miſericordia proſequitur, neceſſe eſt enim ſi te nihil formidare oſtendere uelis, illa methodo uti, qua ſine omni dubitatione clare, breuiter'q; omnia afferuntur. C. uide q̃ non reformidem: G. bimembris repetitio cum primum mẽbrum breuius habeat, neceſſitatis eſt, feſtinante quaſi oratore ad quod dicturus eſt, nec pulchritudinem ullam facit, non tantum quoniam ad tertium membrum puentum non eſt, q̃tum quoniam conuerſio, & imperium ubiq; frangere pulchritudinem ſolet. C. lux liberalitatis, G. trãslatio dignitatis eſt, et ut augeat, hic poſita eſt. C. ſuſcepto bello G. ſolo membro mutauit formam ex dignitate in ſplendorem, ut quaſi hac re gloriari uideatur. C. Sũpta contra te. G. clauſula ſplẽ-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

doris eſt monoſyllaba, tamen dictione in fine poſita, exaſperatur, ut quod re aſperum eſt, in animum per aures uerbo aſperius illibatur. C. apud quem igitur G. interrogantis ſpiritus hic dignitatis eſt, quoniã fiduciam auget, C. qui, cum hoc ſciret: G. repetitio trimembris, non tam pulchra, et uelox, quàm dignitatis plena, duo tantum à dignitate aliena ſunt. Schemata, articulus, laude, prædicatione, literis, ueloce enim et cæſa per ſingula uerba oratione demonſtrationem adaugere opus erat, conuerſio & uide quæſo tu. Nam conuerſio dignitatis inimica eſt. C. Atque hæc præterea de me G. præparatio ad recriminationem, & ne uideatur odio, aut ira commotus, recriminari commemorat de ſe prius dixiſſe, & cur gloriæ ſtudeat Tuberonis, oſtendit. C. uel propter propinquã G. correpétio uenuſtatis abſolutis membris edita, et ſinguli. C. ſed hoc quæro: qs putet G. recriminatur artificioſiſſime, nam ne aduerſariorũ peccatis reo impunitatem cóparare uelle uideatur, poſtquam de ſe ipſo dixit, tum demum in aduerſarios conuertitur, & tam ſuum q̃ illorum crimen, qm̃ utriſq; ignotum ſit, ut quaſi exemplis mirabilem clementiam Cæſaris confirmaret, in medium adduxit, ſed ſuum dignitate orationis, ac ſplendore decorauit, aduerſariorũ acri, & uehementi inſecutus eſt, q̃obrem ne orationis impetu, ut in odiũ Cæſaris Tuberones impelleret, in ipſos ferri acriter uideretur, paulo poſt ad me reuertar inqt, iiſdẽ in armis fui, poſtremo ſimul ambo coniungit, quod autem aliud egimus tu et. Sic demum concludit hunc deprecationis primum locum in quo Cæſaris clementiã ample propoſuit, quam

ratione

ratione à perſona ipſius Cæſaris tractam occultius firmauit, quippe qui tanta eſſet manſuetudine, ut Ciceronem audiret alios defendentem in ea uoluntate non fuiſſe, in qua ipſe fuiſſet, quod in ea ipſa uolũtate fuiſſet, alia ratione ex conſulto fictis à perſona ibi probat. C. ſuſcepto bello G. Cæſaris exẽplo deinde confirmat clementem eſſe Cæſarẽ cum dicit. C. nempe apud eum: G. cui interrogationẽ propoſuit. C. apud quẽ igitur? G. et exſuſcitaret auditorẽ, et attentiorem faceret, quo totam hãc rẽ attentius arripet. Tuberonis quoq; facto ingenioſiſſime ſic allato, ut et ad miſericordiam animum auditoris trahat, et aduerſarium recriminetur, locum cõcludit ꝑ collationem quadrimembrẽ, habet.n. propoſitionem clementiæ rõnem à ꝑſona Cæſaris.i. ab eo quod tunc faceret, nam facta ꝑſonis attribuuntur, confirmationẽ ab exemplis duobus, quæ qm̃ ad clementiam Cæſaris, qua uſus iam fuerat, reducuntur, non repugnabimus ſi quis ſecundo loco argumentationis adiungat, & trimembrem putet collectionem. concluſionem denique habet per conuerſionem ad auditorem. Quorum igitur impuni, acrem quoniam & exempla commemorat, & recriminationis uim retinet. His ita dictis alteram elocutionis partem huius loci quam breuiſſime aperiamus, duobus enim dicendi generibus uſus eſt, dignitate, & uehementia, illud factum ſuum poſtulabat, hoc aduerſarij factum flagitabat, inter utrunq; tamen aſperius poſuit illud breuiſſimum. C. quis putet fuiſſe crimen G. quod locutione aſperum eſt, & ultima clauſula, quæ duobus bachijs conſtat, qui cæteris eiuſdem per membrum ex-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ornationis clauſulis non conueniunt, quique duas dictiones aſperas retinent, exaſperantur, nec uelocitate ſolum non caret oratio, ſed curſu quodam incitari uidetur, primo clauſulis quæ præter ultimam in breues exeunt pedes, membris deinde parum longis, denum exornatione, quam membrum appellamus, quæ & ſi pulchritudini magis attribuatur, tamen quoniam præter membrorum iter ſe connexionem breuiſſime quoq; redditionis uis ineſt, curſu non caret. C. quid enim Tubero, G. tu uehementia mirabilis, connexorum enim uelocitas, & breuitate membrorum, & cæſa orationis propter articulum, ſplendor & clauſulis acrimonia, & aſperitas ex conuerſione ac ex ſuſcitatione ſpiritus, quæ omnia ne minus exaſperent agnominatione dicta ſunt, cuius ingreſſu ex exitu paululum arridet, ſimiliter deſinens ad hæc ipſa agnominatio cum lõgior ſit, abſolutione auxit omnia, ſine qua fieri non poteſt, abſoluta enim oratio quoniam diſtinctioribus conſtat membris, inſignitiorem uim omnem orationis facit, illud memoria tenendum eſt, quandocunq; nimium excitata, & ardoris plena oratio conficitur, obſeruandũ eſſe ut prima eius membra, quaſi quietiore adhuc aĩo, integrioreq; ſpiritu efferantur, lõgiora ſint quæ prope finem ſunt, breuiora, quæ proxime, breuiſſima, immo per articulum cæſa feruente iam oratore ac fatigato ſpiritu plura connectere uolenti, ultima longiuſcula, ut quaſi deſinens ardor, animi omnes uires effundere conetur. quæ res maxime facit, ut cum naturam ipſam ſequamur ipſarũ rerum, ui non dedita opera concitari uideamur, qđ tamen abſolutioni non comprehenſioni

conuenire

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

conuenire uidetur. Nam circuitus hoc maxime propriū eſt, ut uehemētior breuius exeat, illuſtrior prolixus, qđ accidit quia colligit ſpiritum circuitus, & ui praecedē-tiū rerū qđ ſequitur, infert, quare quanto breuius habet ultimum, tanto magis ſe cogit oratio. At ubi per abſolutionē multa uehementius dicuntur, eo quietior eſt ſpiritus quo diſtinctiora ſunt ſpatia, & maiora interualla, quae niſi eo pacto quo diximus, ipſum exagites, non nimis mouebis. Nam ſi non mouet niſi motus concitata uox uexatusq; uarie ſpiritus cum penetret animā nō poteſt non exagitare auditorem. Ad haec illud obſeruandū duplex compar ineſſe, primum bimembre, alterū quinquemembre, quamuis ego primū articulo attribuerim, tum quia ipetu ſpiritus ſuperioribus coniungere, tum quia à repetitione à ſequentibus ſeparatur. Vltimū quoq; tum repetitione bimembri interpoſita, tū q etiore ſpiritu diſtrahitur, quae diſtractio comparis ſuauitatem frangit, et enim omnes exornationes quae multitudine membrorum iucundae ſunt, cum huc atq; illuc ſchematis ſpiritu membra diripiuntur, quantum iocunditatis amittunt, tantum grauitatis aſſumunt, ſed illud conſideremus nimis urgeo latentis grauitatis eſt, nā cum dicat nolle amplius adoleſcentem urgere, ſic ad ſe reuertitur, ut eum non dimittat, & ab acrimonia non recedat, nempe q etiā ipſam concluſionem acrius intulit circuitu bimembri, & illuſtri, comparitas enim membrorum, ut per ſe iocunda eſt, ſic creditioni connexa, & circuitu confuſa illuſtris redditur, ſed ſplendor minuitur, paucitate membrorum circuitus uis creſcit, qui ſi primo membro longiore proferatur, uehemen-

tior, ſin breuiore ſplendidior fiet. Atque in cauſa hac præparatio ad alteram recriminationis partem. C. quod homo cum ingenio, G. laudat aduerſarios ab attributis perſonæ, ut uideatur rerum ueritate non odio in eos inuehi: C. nam ſi uidiſſet: G. antequam crimen crudelitatis inferat, auxit iudicio patris. C. arguis fatentem: G. Secunda recriminationis pars quanquam enim eam maxime recriminationem appellare ſoleamus, quæ in idē crimen rapit, ut in præcedenti factum eſt, latius tamen hic recriminationis capto uocabulo cuncta quæ aduerſario crimini dantur, recriminationi attribuimus, cuius ſunt partes duæ, una quæ in idem rapit, de qua iam dictum eſt, altera qua crudelitatis aduerſarium nimiæ arguit. Huius particulæ quatuor. Prima quod contra mores Roma ſanguinem tuum petat. Altera quod irrumpat in fletum ſupplicijs. Tertia de primo aditu ipſius ad iudicem, qui locus & à deprecatione alienus non eſt. Vltima comparatio criminum. Primam ergo particulā collectione tractat, quæ in iuridiciali abſoluta perſona, coniecturaq; conſtituta eſt. C. arguis G. Hoc totum uſque ad illud condemnetur ſed necetur, & quaſi propoſitiōem poſuerit, habet cām, aut fateatur accuſare. Hæc nō modo mirabili iterponit breuiſſimā exordij ſententiam, de mirabili enim prodigijq; ſimili re dicturum pollicetur, & attentiorem facit auditorem. Non habet eam uim accuſationis. Propoſitio in iuridiciali abſoluta & coniecturali duplici ſimul, ita tamen ut maiorem coniecturalis uim habeat, iuridiciale magis ſeoſtenet, id ideo fit, ꝙ poſt propoſitionē

ratio iuridicialis ſtatum ſubijciatur, qua oſtenditur necē exulis hominis nullum unquam petiiſſe, quoniam crudeliſſimum ſit, quare qualitate propoſitionis roborata quod coniecturale eſt, confirmationis loco repetitur, C. nam quid aliud agis, quàm ut occidatur? G. abſoluiturq; breuiſſime loco à factis enumeratione bimēbri, & neceſſaria, accuſas non ut damnetur, ſed ut occidatur, damnatio exilij eſt, ipſe exulat, nō ergo ut dānetur, reſtat ergo alterum, id ipſum coniecturale paululum poſt eo uehementius quo breuius eadem enumerationis ui repetit, iuridiciale tamen etiam interſerit. C. at iſtud ne apud eum quidem G. ita hic recriminationis locus duobus teſtibus compoſitus eſt, C. hoc egit ciuis Ro. ante te G. à conſuetudine ſicut i eadē oppoſitorū doctrina eſt, ſic negationē ad affirmationis ſedem reducamus. hæc ſi modo rationis dicta nō ſunt, eius tamen locum tenent, nec enim omnia oportet uehementius colligere, ſed ſolutioribus in ipſis quoque argumentationibus uti membris, quod tunc maxime faciūdum eſt, cum ipſa rerum uis tanta eſt, ut orationis ui parum egeat, quod huic loco accidit, ſatis enim erat ſolum commemorare barbarorum hoc non romanorū moris eſſe, C. nam quid aliud agis? G. confirmatio, nam & ſi à maiore, minore, ſimili, contrario, æquali exemplo trahi confirmationem in rhetoricis diximus, ſed illud quoque addidimus confirmationem ſic ferri ad rationem, quemadmodum ad ipſam propoſitionem ratio fertur, quod ita proprium eſt confirmationis, ut cum id perſpiciamus ambigendum non ſit confirmationem eſſe, quod dicitur, nec mirari debemus, ſi non-

nunquam circunſtantijs confirmamus, e ne cum uxore
nonis locis rationem quoque adducamus a rectius dicitur
propoſitum ſtatim confirmationis locis cum parentibus,
deinde concluditur, niſi ſubintelligi quæ huiuſmodi ſit
abſque confirmatione, contexi orationem, in negatione q
cemus, cum uero ratio præcedit quicquid quæ continent
nis locis dicitur, confirmationem eſſe puta ijs quæ conti
ſi minus ad rationem magis ad propoſita eſt, non ſta
modari uideatur, nam aliud agis Rom. ero ultima mēb
lud fertur uſque ad ſanguinem incitare, hic impetu c
mat ergo ex facto ipſius Tuberonis ex animo corruer
næ, agitq; totam hanc confirmationem recri uideatur.
illuſtri, quia pendet non antecedente ne uit repetitione
multitudine membrorum quāuis infringi potest alite
eius interrogatione quæ maxime tunc aſp. C. prohibe
do arguit, & quando locus breuior era per expolitu
extenditur, quæ tamen magis exaſperat, it expreſſit, p
in uno primo nomine continentur, latus eſt ad inferen
crudelior uideatur, qui his omnibus carēt. non tu ergo
& quoniam his contentus non eſt, quod tu uis. G. d
poſtere uideatur. id autem non niſi mors rime, ut orati
go hic expolitio eſt, quam tamen non ſcheat facies, con
thodon putamus, eſt nanq; id eius maxime ſt, quæ cum a
cū immorari faciat, maiora reddat quæ tamen penitu
aſpera aſperiora, acriora, ſuauia immor membri mini
uiora efficit. Ne ſit in prima, ultimum poſitio contrarius
nis membrum, quod primum recte eſſe non congruentes
quæ continentur præponi debent, qđ contri. & tri. d
ut omnia includat, quare non ita recte dis. & ca. ſim
facere ne domi cum uxore, ne cum liberis fili uocali, &

noli committere ne cum uxore, ne cum liberis, ne domi ſim. E cōtra rectius dicitur ſi negationē abſtuleris, ſic in patria cum parentibus, cum uxore, cum liberis ſim, nam cum res huiuſmodi ſit, ut eneruis uideatur niſi creſcat oratio, in negatione quod continet maius eſt; in affirmatione quæ continentur, ampliora. qui enim patria caret, & iis quæ continentur in patria caret, ſed qui in patria eſt, non ſtatim cum cariſſimus eſt. Repetitionis uero ultima mēbra multo breuiora ſunt, quoniam in eo hic impetu currit oratio, ut neceſſe ſit poſtquam ad minima corruerit, ad longiuſcula reſpirare, ut ſubſtentari uideatur. C. Num in patria eſt? nū poteſt. G. mutauit repetitionem, & retinuit exiſtimationem, nec enim poteſt aliter ad concluſionem hæc feſtinare oratio. C. prohibetur: exulat. G. duobus his uerbis, quaſi per expolitum articulum breuiſſime, quod antecedit expreſſit, per dubitationem enim probatum, quod eſt ad inferendam concluſionem parum eſt utile. C. non tu ergo hunc patria priuare, qua caret: ſed uita uis. G. dicit quod à ſuperioribus ſequitur, aſperrime, ut orationis aſperitatis maior crudelitatis appareat facies, conuerſio ſchema celeritatis, & acrimoniæ eſt, quæ cum ab aſperitate alienæ non ſint, compoſitione tamen penitus horrent, nam & pedes inter ſe huius membri minime conueniunt. Bachius enim Palimbachio contrarius eſt, & ambo diſpondeo, & epitrito non congruentes, deinde hiatus eſt nō paruus, præterea pri. & tri. diuerſæ prolationis ſyllabæ, ſimiliter qua. & ca. ſimul poſitæ, et uis unius ſyllabæ uerbum exili uocali, & unica conſonante terminatum

producte cum proferri debeat id ipſum qđ ſignificat, ſpiritum uiolentat. Initium uero membri, & ſi diſpondeus eſſe poteſt magnificus profecto numerus firmus, et ſtabilis, tamen quoniam quatuor ſyllabarum pes tres dictiones complexus eſt, diſtrahitur, ac (ut ita dicam) diſſipatur ſonoritas ſua, quod & in clauſula paſſus eſt, ubi & aſperior eſt ultimi uerbi aſperitate. & quoniam omnis pes quadriſyllabus durior eſt, ſi in monoſyllabum uerbum exit q̃ ſi è monoſyllabo oriatur. C. At iſtud ne apud eum quidem G. redit ad iuridicialem confirmationem, ſolent enim nonnunq̃ oratores ad eius, quod reliquerunt, poſt quam rationibus nonnullis quippiam incluſerint confirmationem redire, quod plerunque fit uel cum impetus quidam dicendi ad inferendum deducit, quod huic loco accidit, uel cum ea eſt rationum uis, & niſi colligas quod ſequitur, anteq̃ confirmes, debilitari ac concidere uideatur, confirmatio igitur hæc ad illud fertur. Hoc egit ciuis Romanus ante te. Nemo eſt autem quaſi ab exemplo maiore, quæ tamen crude oſtendit differentiam perſonarum, ut acerbius uideatur id apud ulteriorem crudelitatis agi, quod apud crudelitatis principem nemo Ro. egerat. C. ego uero iſtud non poſtulo in quies. ita mehercule G. ponit quod obijci poterat, et concurrit hoc eſt aſſentire uidetur tam iudici q̃ aduerſario mirifice, ſimul enim & concurrit, & quod inciderat, hinc id quoq; colligit ſanguinem ſalicet Ligarij peti, & ad alteram partem crudelitatis præparat. C. Noui enim te: noui patrem: G. abſoluta breuior trimembris repetitio ſuauitatis eſt, maxime cum argu-

mentationis iucunditas ineſſe ei uideatur, quamuis locos etiam grauitas inſit, quoniam quanto uerbis mitior, tanto re aſperior eſt. C. ſtudia G. denique immoratur in laude aduerſarij, ut ex attributis perſonæ fortuna, & ſtudijs illud inferat. C. Itaque certo ſcio, uos non petere ſanguinem. ſed parum attenditis. res enim eo ſpectat: G. purgata intentione aduerſarij loco imprudentiæ, infert ex factis breuius id ipſum. Accuſatoris autem intentio quadruplex eſt, ultima qua rei pœna intendit, qua genera non diſcernimus, uel qua cauſas diſtinguimus, eam quoniam tota oratio reſpicit, iudicationem appellamus, cuius tam ultimum principium quàm alteram partem eodem uocabulo nuncupamus, ultimam ergo hic intentionem aduerſariorũ non eẽ ſanguinis leuioribus argumentis ab attributis pſonæ concludit, at à factis, qm̃ Ligarius i exilio eẽt, atq; ideo prima id accuſatoris intentio eẽ non poſſet, neq; propinquã ſine cã uideretur aſſumere, nullam aliã oſtendit quã ſanguinis, quoniã nulla alia exilio grauior, itaq; hic locus figuratus eſt ductu contrario. C. Quæ ẽ igitur alia præter mortem? ſi.n. in exilio G. uelocitas ſchemate breuitate membrorũ, breui iniectione, quæ ueritatem quoq; coijcit, et deniq; duplicatio trochæi clauſula. Schema ſubcontinuatio eſt, quæ uelocitatẽ fiat paucis abſoluta, cuius uim nõ ſimpliciter abſolutionẽ arbitramur, nam aliæ qetiores ſunt, & quaſi fixæ ac ſtabiles quæ in redditionis breuitate uelocitatis ſpeciẽ præbent, aliæ ſpeciẽ mouent & ſollicitant, ac impellunt ad ſenſus abſolutionem, qua propter hunc modum græce συντρόχον appellamus, quod fit cum

continuatione concitatus ſpiritus incidit, huius ſubcontinuationes ſemp̄ ueloces ſunt, uerū breuiter et præpoſitæ & redditæ uelociſſimæ, efferatur ãt hic locus per enumeratione bipartitam, nā ſi ſceleris pœna aut exiliū eſt, aut ſanguis, et exilio cōtentus nō es, ſanguinē ergo petis. C. An ne ignoſcatur? G. uelociſſime membro interrogatione cum excuſatione trochaico numero ac clauſula id intulit, quod aduerſarij ultimo intendebāt, quo genere tum potiſſimum utimur, cum res ipſa fiduciā præbet, uerum ad hoc id etiam coëgit. Ciceronem quod alterum enumerationis membrorum niſi cito ei ſuccurret, fluctuabat. Contentus nanque adeo ſum exilio diceret aduerſarius, ut non propter ſanguinem accuſem, ſed ne reuocetur cui cito remedium apponit nō aſſeueratione ſed id quo refugere poſſet, & enumerationem refellere acerbius, atque crudelius oſtendendo. C. Hoc uero multo acerbius, multoq; grauius, quod nos domi G. uſque ad illud C. uoce prohibebis? G. huius loci propoſitio eſt, quæ longior neceſſario eſt. Etenim res quæ honeſta poteſt eſſe, ſi tanquam turpis proponatur, quoniam id natura ipſius non patitur, niſi alia quadam circunſtantia turpitudo annexa oſtendatur, non eſt ut turpis proponenda, atque poſtulat, ne quod domi petis, conſequaris, non ſtatim crudeliter poſtulat, quare ad rem ipſam, aliam quoque circunſtantiam aſſumere oportebat. Aſſumitur autem hic modus quo res circunducitur, qui niſi latius protendatur, uires orationi non ſubminiſtrant, & perſonæ qualitas, qua mirifice auditorem conciliat, non omnino cauſæ qualitate neglecta. eſt autem locus diffini-

tionis

*tionis comparatio.* C. *Si cum hęc domi faceremus:* G. *fictorium eſt, quod quoniam aut maiorum uel minorum inciſione, aut ſimilium uel oppoſitorum enumeratione conficitur, reſque ipſa nec inciſionem nec enumerationem ſuſcipiet. Incidit per expolitionem, ut cũ plura, & ſimilia exponere uideatur, uires fictorium proprias non amittat. Eſt ergo inciſionis ſpecies in ſimilibus, nec enim poſſunt non uideri ſimilia quæ ſola expolione fiunt diuerſa, quæ breui repetitione complexus eſt, ut nec à uelocitate abeat oratio, & multitudo ui eius ſchematis expreſſior uideatur, quod in eadem re penitus fieri non poteſt, confingitur autem minus quoniam ab ijs quæ unum, et idem ferè ſignificãt, in maius illud irrupit.* C. *quanto hoc durius: quod nos domi petimus id* G. *illud iam in rhetoricis diximus, nequis dubitet maius, & minus ut oppoſita ſunt, ſic oppoſitã uim poſſidere, ac ubi ab affirmatione ĩ affirmationem procedimus ſi in perſonis locus eſt, ibi ab negatione ad negationem, ſi in negotijs, et ubi e conuerſo in perſonis. In negotijs quoq; e conuerſo, quam diuerſitatem in his rebus eſſe intelleximus, quæ minus complectuntur & continent, nam in cæteris perſonarum ratio adhibenda eſt, cui rei hoc fictorium teſtimonium præbet, cum à minore maius acriter aſſerat.* C. *& ut ſpero non fruſtra* G. *hic auditorem iniectione breui conciliat. Ibi & in tali miſericordia mul. & hoc ipſum facit, & in aduerſarium circunfuſi populi accumulat inuidiam. Eſt autem totus hic locus uel loci genere conſcriptus ijs ferè rationibus quas modo expoſuimus, cui etiam acrimonia ineſt propter interrogatio-*

nes, exſuſcitationes, aduerſiones, q̄uis & alioquin uelocitas acrimoniæ finitima ſit, quæ genera iuncta ſi pura ſunt, in aſperitatem incidunt, quam tum repetitionis uenuſtas, tum traductionis ſuauitas, tum nõnullorũ membrorum pulchritudo, & ſplẽdor facile confringit. traductionem bis ponit. Quæ eſt igitur alia præter mor-
» tem? & ſi cum hoc dom faceremus, quod etiam fe. ut
» membra hæc quod nos dom pe. & nos iace. & in ta
» li miſeria, hæc inquam membra pulchra, atq; illuſtria ſunt, ita uelocitatis nimiæ, ac acrimoniæ præcipitationem, repetitionis, ac traductionis, tam uenuſtate quàm iocunditate, & trium membrorũ interiectio ſplendore condiuit, quæ formæ cum in unũ conſtantur, uehementiam reddunt. C. Dicam planè C. Cæſar quod ſentio. G. conuerſus ad auditorem genus quoq; dicendi à uehementia in ſplendorem uertit, quare oratio longioribus membris, faciliore locatione, illuſtrioribus clauſulis ſibi compoſita eſt, nec conuerſio quenq̃ turbet q̃d ab hoc genere alienior ſit, nullus. n. niſi earum rerum imperitus dubitabit cuncta quæ ſponte ſua diuerſa ſunt, ſi qs naturam ſuam, & formam animo ſeparet, atq; complectatur, cum rebus uim addunt id genus conficere, quod res. i. ſententiæ poſtulant, ea uero hic res affertur, qua iure auditor exultet, eamq; magis extollit conuerſio. auget igitur conuerſio ſplendorem nõ minuit. Eſt locus autem ab attributis pſonæ, ab humanitate natura inſita Cæſari, unde ſibi eum conciliat, immo ut agnoſcat cogit. C. redũdaret iſta uictoria. G. illuſtriſſima clauſula quæ antipaſti trochæi ionici à maiore numero ſonat, ſuntq; oẽs ferè nobiles, nãq; QVOD SENTIO.

ionicus

*ionicus à maiore eſt.* ALIIS MISERICORDEM. *pe
on tertius duplicatus.* LIGARIVM NON FVISSE:
*Diābus cum Ditrochæo* ESSE VELLEMVS: *fermè
heroica,* MENDACIVM, *ionica tum aff..iſſent heroi-
ca, nec deinceps ſimiles cōſequuntur, q̄m ad cæſum atq;
minutum genus deſcendit, qđ nobiles clauſulas nō pa
titur.* C. *quā mult.n.cēnt de uictoribus,* G. *hæc ratio
et contrarij, et minoris, uim habet contrarij, ſi enim ui
cti ne ſis miſericors petunt, qd faciēt uictores? minoris,
q̄ ſi etiam quibus ignouiſti ne aliorum miſerearis po-
ſtulant, multos qui tecum uicerunt, idem petituros cre-
dendum eſt, hos locos ſua etiam ſponte finit.mos ut ma
gis confirmet arte complexus eſt, cum enim quammul
ta de uictoribus dixerint, conſequens erat ſi ſolam con-
trarij uim retinere uoluiſſet, illud inferre cum et ij qui
uicti ſunt nolint te eſſe miſericordem. Verum quoniam
illis ipſis uictis ueniam dedit, quibus ignouiſti inquit,
ita parua mutatione, et clementiā Cæſaris extulit, cum
dicat.* C. *ignouiſti,* G. *et odiū in aduerſarios concitat
q̄ nolint alijs q̄ ipſis impetrarunt ueniā dari, & con
trarij, ac minoris uiribus ſimul impellit. Nec.n. auſcul
tandi ſunt, ſi q nō magis ignorātia quàm hebetudine
cum è diuerſis locis fluere argumenta quædā audiant,
locos nō eſſe aſſignandos aſſerant, quoniā dubium ſit,
unde trahatur argumentum, imo potius contra facien-
dum, altiusq; pſpiciendū ſi quæ ab uno loco manare ui
dentur, in pluribus radices eo altius quo cautius iaci-
ant maxime cum robuſtiores trūcos, ualidiores ramos,
generoſioresq; fructus oſtendunt, grauis enim orato-
ris eſt paucis uerbis plura complecti, & undiq; com-*



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

munire orationem, quod facere non poterit, niſi multorum ſimul argumentorum ui animum auditoris aggrediatur. Virum uero, ut genera formæq; dicendi cum in unum confluunt, unum ex ſe compoſitum reddunt, genus quod partis uocabulo ſi ei nomen inditum non ſit appellamus, ſic & in inuentione, tam in ſtatibus, q̃ in locis ſiue principalibus, ſiue ſecundarijs, cũ ad idẽ plerunque concurrant, unam uim ex diuerſis compoſitam auditorem occupare credendum ſit, an ipſa multitudo rerum audientem inuadat, & ſi eius cognitio tam ad ſpeculandum quàm ad dicendum non ſit inutilis, tamen in præſentiarum relinquatur, uel quoniã ad grauitatem pertinet de qua nihil aut parum diximus, quod putabamus niſi de ea præcepta edantur non nimium nos legentibus profuturos, uel quoniam ueriti ſumus, ne nonnullis oſtentationem ſcribere uideremur, ſi latius eam rem hic explanaremus, quæ ſine naturæ rerum diſciplina explicari non poteſt. Verum orator ubique uidebit quid facto opus ſit, multitudine potius incumbendum, an quanto paucioribus, tanto robuſtioribus irruendum, & numerum ne rerum oratio per ſe ferre debeat, aut inciſione plura uel iũctione pauciora oſtentare argumenta, credatque non perſpicaciorem eſſe ſenſum aurium q̃ oculorum, quibus quodcunque obijcitur, quare ne dicendi quidem peritus cum audiat ſtatim, ſed cum acrius conſideret animo percipit. C. quod ſi probare Cæſari poſſemus G. confingit minus ex partitione ſimilium per expolitionem, C. et ſi eſſet alicuius: eius certe non eſſet: G. dat quod abſtulit, ut augeat, nam ſi non eſt hominis quicq̃ arguere,

multominus



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

*multominus eius eſt qui in eodem crimine fuit, itaq; lo cus hic duo ad idem trahit argumenta, quæ numero ſuo ſe efferunt, quoniam et oratione diſtincta ſunt, mul titudo.n.tam ad amplificationem quàm ad probatio- nem commodior uis ad ultimum ſolum, quare tum ma xime uno ex pluribus agendum cum diſtincta argu- mentorũ uis quaſi diſperſa per id. ſed his duobus ũno à minori argumento maioris eſſe crudelitatis oſten= ditur, confitentes ac ueniam petentes q̃ negantes oppu- gnare, quod non proximum poſuit, ſed ita repetijt.* C. *ſed tamem aliud eſt, errare Cæſarem nolle: aliud nolle miſereri.tum diceres,* G. *Cæſari ponit utrunq; ante oculos breuiter per diſſolutum, & quod ex fictorio eſt, & quod Tubero dicit, ut cotentione alterum al tero crudelius uideatur, & illud inferatur.* C. *hæc nec hominis, nec ad hominem* G. *& quoniam colla tione fictorij, uel accommodatiõe ad id quod uolumus commentationẽ eẽ placet, erit illud epentimena.* C. *et ſi eſſet alicuius: eius certe non eſſet:* G. *quod ut obſi- ſtentia ad inficiationem, ſic ad cõmentationem fertur, & tanquam minus dependet, nam ſi hominis non eſt quenq̃ arguere, multo minus eius qui in eodem crimi= ne fuiſſet, nunc totam collationem confuſius tractatam certiore ordine conſideremus.* C. *hoc uero multo acer bius,* G. *propoſito longior.* C. *ſi cũ hæc do.* G. *rõ ex fictorio quo minus confingitur, nam ut etiam in ſu perioribus tactum eſt, quemadmodum confirmationis loci rationis ſedem nonnunquam occupare uidentur, ſic fictorium cum expolitionis modus plerunq; ſit, tamen uel uniuerſam nonnunquam cauſam amplectitur, ut in*



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

tertio rhetoricorum etiam exemplo monſtrauimus, q̃d cum ſit principalis loci, quo tota cauſa ſubſtinetur, uim & copiam ſubſtinet, cum uero in confirmationis locis fundatur, coſtq; adauget, ad expolitionem argumentationis accommodatur, cũ in circunſtantijs fundatur, ut in factis ideſt in attributis perſonæ hic ut ratio propoſitionem firmat. C. Dicam plane G. ut ad ſe uertat, ac attentiorem ad id, quod ſequitur faciat iudicem hoc interponit & ideo ſpõdaico numero et dactilica clauſula etiam orationem extollit. C. ſentio. G. inquit, ut breuiſſima hæc præparatio non perturbatione ſubita, ſed certo iudicio efferri uideatur, itaq; et ſplẽdore uſus, quaſi rebus exultaret, et ueritatis methodo q̃ confidat, & demonſtrationis ſchemate. C. Si in hac tanta tua G. forma poſt præparationẽ demonſtrationis ſchemate alia ratio ponitur ex pſona Cæſaris, & hæc p ficto rium quod oppoſitam negationem confringit, ut contrarium inferat, quammulti enim confirmant iuncta ui minoris & contrarij, quorũ alterũ expreſſius, occultius alterũ. C. tamen hois nõ eſſet, G. p infitiationẽ hæc eſt expolitio ratione antepoſita ex fictorio, quoniã ſalutẽ ciuis conſuleremus. C. ſi eẽt alicuius: tamen tuũ non eſſet: G. obſiſtentia, huius oratio qñ in eadẽ fortuna fuiſſes, infitiationis & obſiſtentiæ modus, in locis principalibus plerunq; fit, ſed uniuerſam quandoq; cõſtituit cãm, & locos ſecundarios occupat, ut hic & fictorio iũgitur à quo differt, q̃ fictorij uis multitudine, aut uera, aut quæ uera uideatur conſtat, & rationis uim huius infitiatio et obſiſtentia propoſitionis. C. ſed tamen aliud eſt, G. ante oculos utraq; re poſita, ut col

latione quod maius eſt expreſſius erumpat, quod pro poſuerat. Hæc uero multo acerbius commutatis uerbis infert. C. hæc nec hõis, nec ad hominẽ uox ẽ. G. inquit, ut auditoris odium in eum conatet, qui adeo inhumana uoce ad iudicem uteretur, ut credere uideretur eũ non eſſe hominem, C. quã q̃ apud te, G. inflãmat animum iudicis, & exponit ambiguum, ne ita poſſit accipi hæc uox crudelis hominis eſt, & ad crudelem, ſed hoc audito, & ſibi eum conciliat, & aduerſario infeſtum facit. C. Ac primũ aditus et poſtulatio G. uenit ad reprehẽſionem ipſius primi aditus, & poſtulationis aduerſarij, qua de ſcelere ſe Ligarij dicturũ pollicitus fuit, qđ ille ad coniecturã figura latentem retulerat, nec enim uerìſimile mihi uidetur ita mente captos fuiſſe Tuberones, ut quod illi ipſi qui Cæſarẽ ſequebantur ſcelus nec putarent nec appellarent id, qui i eodẽ fuiſſe crimine putarentur, ſcelus in altero prædicarent. Nõ ergo ad cõmune Pompeianorum factum id referebãt. Niſi forte credamus dementes fuiſſe Ciceronis aduerſarios, quod quoniam faciundum non eſt, conſiderandum diligenter, qđ cauſa flagitet, quomodo Cicero defendat, quod ergo ad hãc partem attinet, nec figuris contecta, nec aperta Tuberonis intentio mea quidem ſententia in cõmune Pompeianorum crimen ferebatur, ſed figurata in latentem coniecturam, aperta quod miſſum eum à ſenatu, ad prouinciam obtinẽdam ui expulerit, ac orator grauis cum recte ſingula proſpiceret, nec conſcius uideatur. Nihil dixit quo figurã ſubintellexiſſe uideatur, nec expulſos inde Tuberones, nec Ligariũ Põpeianum fuiſſe negat, quoniam non erat integrum. ne-

rum, quoniam quod fecit Ligarius, ut Pompeianus fecit, ſcelus in commune Pompeianorum, partium crimen abducit grauiſſime, tunc enim crimina deriuanda ex partibus, in communiora reducenda, uel è communioribus in partes deducenda, cum id facere tutius eſt, eſt autem deriuatio reductio, ac deductio criminis, tum maxime nobis integra, cum non poteſt id facientes nos reprehendere aduerſarius, & rem quam agit, reuocare, quod huic parti accidit. Nec enim ad latentem intentionem reſpondere aduerſarium quiſquam urgebit, niſi ſeipſum prodat. Nec apta Tuberoni ſtabilis erat, cum nequaquam ad Cæſarem in eos Pompeianos animaduertere pertineret, qui tempore belli ciuilis ſenatui non paruiſſent, quare non ut Ligario infeſtior fieret Cæſari id dicebatur à Tuberone, ſed ut ſibi Põpeianas partes, ſemper profeſſo honeſtum aliquid diceretur, cuius turpitudo aperte in Ligarium illata, ad id quoque poſſet referri, quod ꝑ figuram ſubijciebat, illud quoq; uehementer aduertendum, quod cum diceret Tubero ſcelus Ligarij eſſe, quod ſe in Africam ſenatus authoritate uenientem expulerit, id'q; aduerſus Cæſarem commiſſum ſubijceret. Separauit hæc Cicero, ac huic ultimo quod occultum erat, quod'q; intellexiſſe diſſimulat, coniectura ibi reſpondit. Si eſſetis recepit Cæſari ne eam tradituri fuiſſetis, ante coniecturam factum facto comparat, ut recriminari uideatur. ſuſpicionẽ debilitet, & ad coniecturam aditum ſibi præparet in hac parte, nomen ſceleris, ad commune ut diximus, reducat, & diffinitione utitur. factum enim tam Ligarij, quàm Pompeianorum conueniebat, nomen facti in cõ

trouerſia

trouerſia erat, id nomen facto Ligarij q̄ expulerit, à Tuberone attribuebatur, et ut facilius negari poſſit, ad Pompeianorum communem cauſam à Cicerone reducitur. Sed iam ſatis de his, ipſius Ciceronis uerba conſideremus. C. Ac primus aditus et poſtulatio G. attentiorem facit auditorem, ac docilem, ſummam huius particulæ breuiter præponendo. C. non dubito quin admiratus ſis: G. captat beneuolentiā à pſona Cæſaris cum ſtatim oſtendat ab ea immanitate ſic longe ipſum abeſſe, ut putet Pompeianos ſceleratos, ut hoc audito admiretur, & à perſona aduerſarij, qui id diceret cum in eadem cauſa fuiſſet, & innuit falſum eſſe quod Tubero dixit, quoniam nouum, & à nemine unquā dictum. treis ergo cauſas dixit, quæ cum inter ſe copulari poſſent, diſiunxit tamen uel ut ad mouendam admirationem Cæſari unamquamq; ſufficere oſtenderet, uel quoniam de motione animi non ſua, ſed alterius dicit. Tūc enim maxime diſiungimus, cum uel res ipſæ ſimul eſſe nō poſſunt, uel de altero dicimus, ut cum in coniecturali tranſponimus, ſi ab ijs, quæ alij fecerunt, in iudicium trahimus, uel cum oratione oſtendimus ſufficere ſingula ad inducendum quod uolumus. uſus uero eſt uelocitate breuioribus in repetitione membris, et trochaica clauſula, ut breuiter exponeret, quare non dubitaret. Vel quidnam nouiſſe ſubijcit, hic nouum enim quod dicit, ad figuram aduerſarij poteſt referri. Item in figuram figuris illudit. C. ſcelus tu illud uocas Tubero? cur? G. poponit nomen acriter p aduerſionem, & interrogationem. C. Iſto enim nomine illa adhuc G. negat, idem & eſt defenſoris propoſitio in

diffinitione. C. Illa cauſa caruit. G. reducit ad communius. C. Alij errorem ap. G. à conſuetudine loquendi, uel opinione communi, probat eam cauſam caruiſſe hoc nomine, quam loquendi tamen conſuetudinẽ opinione communi ortam, non ad diffinitionem, ſed ad nomen refert. Nam in diffinitiuo ſtatu proſpiciendum eſt, ut ſi quod rarius propter multitudinis naturam fieri poteſt, de re quid ſit communis opinio habeatur ad diffinitionem. Sin id fieri non poteſt, communem loquendi conſuetudinem, & opinionem ad ipſum nomen referamus, quod ideo firmum eſt, quia quæ ab omnibus eodem modo dicuntur, & ſi plerique nominis rationem ignorant, non tamen abſque ratione ita dictitata ſunt, C. qui durius: G. inquit, ut crudelis uideatur, q̃ ſcelus nominat articulo hoc explicuit uelociter, et non dubius animo intulit. C. ſcelus præter te adhuc nemo. G. quod ueritatis eſt, ne quæ uulgo nota omnibus erant dubitare uideretur, & ut ſcelus eam cauſam appellatam non eſſe ueritatis methodo aſſereret. C. Ac mihi quidem, ſi proprium & uerum nomen G. pronominat, primo ut ipſe opinatur, deinde ut Cæſar exiſtimauit. Nomen ergo nomini opponit quod pronominantis eſt. Sceleri fatalem neceſſitatem, pronominationis diffinitio hæc eſt, fatalis neceſſitas eſt, cum res non humanis conſilijs, ſed diuina neceſſitate geruntur. Sed hæc res humanis conſilijs, diuina neceſſitate ſuperatis, geſta eſt. Fatalis ergo hæc neceſſitas fuit, ponitur autem hic accommodatio ſola, quam & expoſitionem appellamus, ſed accommodatio uel dictam uel ſubauditam diffinitionem ſubſequitur, expoſitio præcedit, qua

re ordine non re differunt, nec inter accommodationẽ & diffinitionem aliud intereſt, niſi quod illa ſimpliciter profertur, hæc rem de qua dicitur aſſumit, quare plerunq; accommodatio ſola dicitur, quoniam ex ea facilior cognitu diffinitio eſt, diffinitionem ſine accommodatione uel expoſitione adhibere uitioſiſſimum, & propter id quod dictum eſt, & quoniam quæ ſeparata ſunt non mouent. C. liceat eſſe miſeros: quãq̃ hoc uictore. G. poſt diffinitionẽ pronominationis quaſi quodã impetu animi & indignatione in commiſerationẽ incidit, communiter plus de omnibus dicit, ut poſſit à perſona Cæſaris non beniuolentiam ſolum captare, ſed ad miſericordiam compellere, qua maxime iſta cauſa defendi uidetur. illud enim potiſſimum exiſtimandum ſemper eſt, quid cum per totam ferè orationem ſparſum eſt locum quoque ſuum ſeorſum obtinet. Nã quod cum alijs coniunctum mouet & ſeiunctum non agitur infirmum eſt. C. Non loquor de illo qui remouet uiuos: G. de illis qui occiderunt loqui ſolum dicit, ut magis moueat. C. fuerint cupidi: fuerint G. ita repetitio inciſa non uelox, numero enim impeditur, nam commiſerationis genus alienum à uelocitate eſt, bimembris tamen breuioribus contexitur, nec enim hæc animi perturbatio in longius producere ſpiritum poteſt, et orationem ſemper tardiorem facit, quare niſi coniuncta ſit membra breuia, numerum conſtantem habebit, quod fiet, ſi his pedibus abundat, q pluribus ſyllabis productis conſtat, quod ad conquæſtionem penitus referri nolumus, nam & ſi locis conueniant, genere tamen dicendi eſt in quo differant. commiſeratio enim

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

cum omnia ad perſonam dicentis conferat, nec quantum in ſe eſt, ad perſonam aduerſarij reſpiciat, genus orationis poſtulat tardum & inciſum, ut pronunciantis ſpiritus, nō prolixitate membrorum, ab ſyllabarum productione aſſumatur, & uox altius efferatur. In conqueſtione cum perſonam quoque aduerſarij reſpiciamus acris, ac uelocis orationis non nihil ſubappareat oportet, ita tamen ut commiſerationis genus etiam hic eluceat, ad hæc commiſerationi, et omni affectui nimio exornationes quibus uerba eadem ſæpius ponuntur, quoniam immoratione affectus emergunt, maxime cō ueniunt, quare commodiſſime repetitione uſus eſt, locus autem commiſerationis huius eſt, à deploratione ſingulorum, nec enim poſſumus non miſereri, cum clari uiri cupiditate quadam uel ira, uel pertinacia in miſeriam deuenerint, ſed ei coniungitur locus à diſtributione temporum, redit enim à præterito ad præſens oratio. In futurum etiam pro natura temporis protenditur, cum dicitur. C. liceat ſceleris crimine, furoris, paricidij carere. G. quæ omnia forte in Ligarij factum Tubero cōgerebat. C. Liceat; Cn. Pomp. mortuo, G. ſplendore perſonæ, ſplendore magis in miſericordiam impellit, ſi tantus uir quoniam ad aliquid etiam ipſe ut homo errauerit, aut cupidus quid fecerit, idcirco in ſceleris, et furoris crimen indigne trahatur, præcipue poſt mortem cum etiam ipſis qui uere ſcelerati fuerant, natura ipſa duce ignoſcere ſoleamus. Illud loco dixerim, quod & ſi ad grauitatem pertineat, breuiter tamen tactum eloquentiæ ſtudioſis non parum fructus afferet, eaſdem fermè res orationis ui

ad diuerſa rapi poſſe. Iam hic ea ipſa quibus opinioni communi, ac loquendi conſuetudine nomen negatur, commiſerationem faciunt, genere dicendi commutato ſimul cum loci tractatione, quæ quantum poſſit tametſi etiam in rhetoricis tractatum eſt, tamen id latius oſtendere ad præcepta grauitatis pertinet, fit autem id per ſonarum mutatione, quod enim alijs tributum opinioni communi confirmabat, qui communis locus diffinitiui ſtatus eſt. Id ipſum in eos, qui ociderunt celatum, cõmiſerationis locus factus eſt, his illud addatur quod niſi quis in quo loci differant, in quo conueniant, & quomodo alius ad alium tranſeat, & cum his omnibus tractationem tam locorum quàm affectuum, & genera orationis formis idonea, niſi quis inquam hæc teneat, & facere poſſit, nunquam oratoris nomine dignus erit. De quibus omnibus latius dicemus, ſi dabitur otium de grauitate ſcribere. Dabitur autem ſi ut cæteri omnes, uel qui eas partis artes, quas mæchanicas uulgo dicimus, profitentur, ſic nos quoq; uictum nobis poterimus profeſſione noſtra comparare. C. quando hoc quiſquam ex te G. pronominauit opiniõe ſua, pronominaturus opinione Cæſaris, ibi ſeceſſionem tu illam quoniam tutum non eſt, quod alter exiſtimauerit abſq; præparatione proponere, rationes quaſi coniecturæ anteponit ab attributis perſonæ, ideſt ab eo quod Cæſari aliquid huius nunquam dixit, quoniam nullus audiuit, & à factis mirifice, & auditoris animum impellit quo uult, & aduerſarium in odium occultius rapit. Illud quoniam cum Pompeianis pacem cuperet, quod cum ſceleratis optare improbum eſt, ex

quo ſequitur, quod non ſcelus, ſed ſeceſſionem exiſtima
uit, qui pace coniungi cupiebat, hoc quoniam qui ſcele=
ratos Pompeianos putat eum quoque à ſcelere, non
uidetur liberare, q cũ illis pacem concupiuit. C. mihi
uero Cæſar tua ĩ me maxima merita, G. à pſona eo=
rum quibus benefecerat, & à beneficijs ipſis. habet au
tem is locus duplicem orationem, una partim, quia
tam in remp. quàm in ſingulos benignitatem ſuã amiſ=
ſiſſe monſtrat, ſi multos ut ſceleratos conſeruauit, par-
tim quia qui ſceleratos ſaluos, incolumi dignitate, &
uult, & fiat, ipſum quoque in ſcelere teneri ſubijcit.
C. ſeceſſionem tu illam G. poſt rationes pronomina-
tionem infert oratione ſeiunctam, ne ſi acriter id fiee=
ret, eum offenderet, quem ita exiſtimaſſe à coniectu-
ræ argumentis comprobauit, nec enim aliter poſſumus,
niſi coniectura quid alter exiſtimat intelligere prono=
minationis, deinde huius diffinitionem à factis, ut ſupe
rioris apponit diſpectus, quàm ut facile poſſit capi,
quod fiat, ut ars lateat, uis emineat, quæ plerunq; tan
to magis inſurgit, quanto artificium minus perſpicitur.
eam igitur diſperſam colligamus. Seceſſio ſiue ciuile diſſi
dium eſt, cum duo ciues dignitate penè pares remp. ſal
uam eſſe cupientes. C. partim conſilijs, partim ſtudijs,
à communi utilitate aberrantibus. G. Verũ ne aber
ratio hæc ad principes relata ad Cæſarem quoq; re-
ferri uideretur. C. utriſq; cupientibus G. ad ciuile diſ
ſidium ſtatim ſubiungit, ut tam hoc quàm illud. ſ. aber
rantibus ad ciuilis diſſidij partes referatur. de princi-
pibus orationis ita ſeiunxit, ut ab ſubſequentia potius
q̃ ad antecedẽtia accommodari uideatur, cum tamen ui

rerum diffinitionis pars ſit, nec.n. uulgus, niſi quos ſequatur principes habeat, diſſidere, ac ſcindi ſolet, q̃uis erroris ad principes propter naturam rerum relatio cum re ipſa lenior ſit (quoniã hominis ſit errare) oratione quoq; penitus leniatur. Nam quod dicit. C. partim conſilijs, ad Pompeianos, partim ſtudijs, G. ad Cæſarianos referendum eſt, ut non rectis Pompeij conſilijs Cæſar coactus ad propulſandã à ſe contumeliã, & ad tuendum ius, ac dignitatem ſuam inſurrexiſſe uideatur, q̃d cum uim accommodationis habeat, oppoſitum tamen prius eſt, et alijs ſtipatum latet, ne ſi accommodatum loco extaret ad excuſationem ſuam hæc dici Cæſar ſuſpicaretur, quæ res & Ligarij cauſam euerterebat et in Ciceronem auditorem ſubinducebat. alterã uero partem accommodationis quæ Põpeianorũ erat, omiſit, uel q̃m à diffinitione ipſa facilius colligi poteſt, uel quoniam cum neceſſe eſſet utroſq; accuſare Cæſaris ptes extare maluit. C. cauſa tum dubia: G. excuſat utroſq; Põpeianos et Cæſarianos. C. nunc melior G. ab effectu felici. C. cognita uero G. q̃d initio dubium fuerat, poſtea clementia Cæſaris omnibus certũ, ac probatum eſſe aſſerit. C. ſed ut omittam G. trãſitio breuis, ut abſque mora collaturus pedem uideatur. C. utrũ tandẽ exiſtimas facilius fuiſſe Tubero, G. propoſitio cõparationis abſolutæ, nã cũ in agenda cauſa ſeparatus aliqs locus incidit, q̃ q̃tum in ſe diuerſorũ ſtatuũ ſit, diligenter radix quærẽda ẽ, ac ex eo ſtatu maxime loca huiuſcemodi uis dicẽda q̃ rebus cõuenit, cõuenit aũt huic abſolutus iuridicialis, ut ſuperiori cõparationĩ diffinitiuus, nã ibi prohibere ſupplices ad pedes iacẽtes

& flentes et poſtulare ne ignoſcatur, tanquam ab aduerſario tandem datum orator accepit, factum ergo conuenit, de nomine non conuenit, itaque factum acerbum atque graue immo etiam petitione ipſa acerbius atque grauius aſſerunt. comparatio ergo diffinitionis eſt, quam ſi quis iuridicialem putet, quoniam factum ſibi licere poteſt, aduerſarius contendere uehementer errat. Eſt enim iuridicialis proprium nullum factis nomen attribuere, at huic facto acerbius attribuitur. Eſt ergo locus ſimplicis diffinitiui ſtatus, nec erat opus acerbitatem diffinire, nam acerbum atq; crudele ſanguinem petere eſt, quod diſputando ab aduerſario accepit, cum dicat. Ego uero illud non poſtulo inquies, ſed ne ignoſcatur, hoc ſi grauius illo apparebit, illud profecto ſequitur, hoc quoq; crudele eſſe, quare cum his quæ ab initio ad finem ſunt ampliatio & comparatio approbentur, & is locus maxime fictoriam ſoleat ſuſcipere, fictorijs abſolutus eſt. hæc aut cõparatio (ut diximus) iuridicialis abſoluta eſt, factum enim Tuberonum Ligarij facto comparat, non illi, quod ſubijciebant, nam illud ne intellexiſſe quidem ſimulat, ut ſæpius iam dictum eſt, nec communi crimini quod Pompeianus eſſet, uel quoniam commune ſibi eſſet cum aduerſarijs, uel quoniam & ſi ad recriminationem comparatio hæc pertinere uideatur, ad coniecturam tamen præparatio quædam eſt, nec ergo iſtis, ſed huius profectioni profectionem illorum comparat, conſtabat autem utroſq; à ſenatu miſſos, licuiſſe uero immo honeſtiſſimum id ſibi Tuberones fuiſſe non poterant non aſſerere, quare id ipſum Ligario ſimiliter concedi oportere ab aduerſarijs

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

uerſarijs orator arbitratur, uerum & ſi quæ ad grauitatem pertinent breuius perſtringere, mihi cum incidat propoſitum fuit, latius tamen atq; altius huius loci rationem atq; tractationem mihi exponendam itelligo. ſubijciebat aduerſarius. Niſi à. L. ex Africa pulſus fuiſſet, traditurum ſe eam prouinciam Cæſari fuiſſe, quod Cicero coniectura diluit, ad quam magni intererat ne cogitaſſe quidẽ id Tuberones oſtendere, quoniam excuſare ſe conſtituiſſent, ſed impellentium amicorum orationem ferre non potuiſſe, ceſſiſſe igitur & quaſi coactos profectos fuiſſe, hæc omnia quod ſubijciebatur, coniecturæ argumentis debilitant, immo infringunt. quare non erant negligenda, ſed nec apertius in coniectura dicenda ne diſſimulationem aperirent, nã quibus uoluntatem fuiſſe uel non fuiſſe probamus, ſi manifeſtius ut coniecturæ loci ponũtur, omnem figurã & ſimulationem facile detegere ſolent. quod cum accidit, neceſſe eſt aliquid inuenire, quod in cauſa ſit, qđ & ſi ſuapte natura ita leuiſſimum atq; inutile ſit, ut prætereundum uideatur, tamen cum ei cõiungere commode poſſimus, quod cauſam noſtram iuuat adhibendum eſt. iam profectionis ad profectionem comparatio ad Ligarij cauſam nihil affert, nec ita dementes Tuberones credendum fuiſſe, ut profectionem accuſarent, nec ſi feciſſent, Cæſar aures eis præbuiſſet. quare relinquitur ut aut tantus orator nugetur, aut aliud moliatur occultius, primum inſani eſt credere uerum eſt, ergo alterum, quare is locus per ſubiectionem tractatur, cuius aperta intentio profectionum comparatio figuris obtenta coniecturæ per locum, & uoluntate refutatio.

L

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

C. utrum tandẽ exiſtimas G. ut comparationis propoſitio ui duplex hoc eſt, ſicq; ei redduntur rationes ſeiunctim quoniam inciſo genere opus loco eſt, utriq; parti accommodantur. C. poteramus ne inquies? G. cum ſenatus authoritate Tubero rem ſuam tutari poterat, eadem authoritate ſenatus Ligarium defendit, ex ſuſcitatione utitur, & uelocitate, & inciſo genere. Atq; illo tempore comparationem æqualitatis quantum ad rem & cauſam attinet tempore imparem oſtendit, ut neceſſitate honeſtior Ligarij cauſa uideatur, & eſt amplificationis is locus à minori per collationem. C. reprehendo igitur? minime uero. G. Hoc idem illi poteramus ne inquies cum ſe nullo modo reſumpſit, ergo quod propoſuit, ex parte & omiſſam à perſona rationem diceret per congeriem rationes, non contulit, ut quæ coniecturalia non ſunt, inciſa oratione commodius inſerere poſſet, utq; ita diſtincta, facilius animum auditoris ingrederentur. C. nec enim G. tantum ut moueat, hic oportet oratio quãtum ut interſecet orationem, quo id, quod ſubijcitur, auditor percipiat. C. Tuberonis ſors G. remote à traditione uoluntatis cauſas tangit, q iterum ſe in Africam neſciſſet, ſed coniecta ſorte præpoſitus, qui abeſſet q morbo impeditus decreuiſſet remanere ſtatuit inquit, ut conſilium eius certum oſtendat. C. Hæc ego noui propter omnes neceſſitudines, G. multis rationibus aſſeuerat ſe nouiſſe. C. ſed ita quidam aiebant: G. reip. amicorum oratione, ac authoritate impulſum ceſſiſſe, ac Africam petiiſſe ait, ut nihil de traditione cogitaſſe uideretur, quippe qui profectus non eſſet, niſi amicorum authoritate uictus

ceſſiſſet,

ceſſiſſet, & ſimul cum illis profectus eſt, qui eaſdem Pompeij partes ſequebantur, quæ argumenta ſunt nõ fuiſſe traditurum. Ex his iam patet conſtitutionum locos inter ſe ita diffundi, atque coniungi ſolere, ut alij uel ipſa natura rerum ad alios concurrant, propter figuras ut hic, coniectura enim in comparatione latet, & ui obtegitur, ac ſubſtentatur. C. hinc in Ligarium crimen oritur: uel G. correctione uſus eſt, ut auditor acrius aduertat ira turbari Tuberones. C. nam ſi crimen G. redit ad criminandum, ut aut etiam Ligariũ innocentem putent, aut non minore crimine ſe quoq; teneri credatis, & eſt ratio ab eodem facto, qua probatur ira non Ligarij crimine commotos. C. quàm aliquem ſe imperatorem eſſe maluiſſe. G. tamen alij profectionem profectioni comparauit, nũc breuius atq; cautius id Ligarij factum, ꝙ aperte crimini dabatur aduerſariorum facto comparat, nam ſi crimen eſt, ꝙ expulit, non minus uoluiſſe, quàm maluiſſe obtinere, uoluiſtis autem uos, maluit Ligarius, non minus ergo ueſtrum ꝗ ſuum, ita tota hæc comparatio ad hoc ultimũ redire uidetur, ut enim quæ poſtremo in orationibus continentur ab auditoribus magis retinentis, ſicq; in ultima locorum parte ponuntur, notantur, magis idcirco uel firmiora in extremis quoque principalium locorum partibus collocanda, uel repetenda, uel amplificanda ſunt, uel ut hic ſit ſi breuius atque tenuius aliquid, & ad rem magis pertinens etiam quæ iam dicta ſunt, ad ſeipſum quodammodo flectat, loci totius exitum poſſideat, quod cum opus facto eſt, ſummopere cauendũ ne diſtinguatur oratione, ſed quaſi conſequens



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

anteœdentibus innectatur. C. Varus imperium ſe G. transferre uidetur, cum non tranſferat. Nó erat inquit is aliquis Ligarius, ſed Varus tenebat imperiũ, ita locus uim translationis in Varum habet. Illud manifeſtius ſubijcat ex natura prouinciæ. Tuberones quoniam Pompeiani eſſent authoritate ſenatus miſſos ut petant Africam omnium prouinciarum arcæ non pro Cæſare, ſed contra Cæſarẽ profectos fuiſſe. C. natum iqt, ad bellũ contra hanc urbẽ gerendũ G. quã iã Cæſar tenebat. Quare ſubijcitur contra te. Nũc ad côiecturã quæ ab aduerſarijs ſubijciebatur, ueniemus. ſi prius de ordine iſtorum, quæ ad recriminationem ꝑtinent, altius pauca repetamus. Quinque quædam recriminatur, quod & ipſe Tubero pro eadem cauſa pugnauerit, ꝙ ſanguinem ciuis calamitoſi petat, quod ne ignoſcatur poſtulet, quod de ſcelere ac furore Ligarij dicturum ſe profeſſum ſit, quod non honeſtior ipſius cauſa ꝙ̃ Ligarij eſſet. & quoniam à firmiſſimis incipiẽdum eſt, firmus autem è tribus fundamentis huius cauſæ miſericordia eſt, ab eo erat incipiendum, nam coniecturam aperte ingredi tutum non erat, quoniam res ſubijciebatur inuoluta figuris, ſed ne aperte quidem illatã tutum fuiſſet, poterant enim aliquæ in animo auditoris ſuſpiciones relinqui, recriminatio ut aduerſarium uexat, & territat, ſic ad defenſionem parum affert, quare à miſericordia erat incipiendum, quam cõceſſio anteceſſit breuiſſime, ut res poſtulabat tacta, uel quoniam natura firmior deprecatione eſt, uel quoniam cum precedit ad miſericordiam aptiſſima. non poſſumus enim non miſereri, cum uoluntatem integram ne

ceſſitate

*ceſſitate impulſam intelligimus.* Miſericordiæ *uero oĩs deprecationis loci conueniunt, ſecundum conceſſionem attributio deprecatiua locum obtinuit, cui aliquam recriminationem cõiungere opus erat, et propter breuitatem, & quoniam quando cauſa difficilior eſt, oportet ſequentis locos ſtatus maxime ſi rerum quoq; commutationem faciunt, antecedẽtibus ſic accommodare, ut cohæreant, nam & res acrius hoc pacto agitur, & ars magis latet, attributioni nihil præter illud aduerſus* Cæſarem, *tu quoq;* Tubero *pro eiſdem partibus pugnaſti poterat accommodari, erat igitur ſolum hoc ẽ qn que miſericordiæ locis inſerendum, quod exempli loco adhibitum eſt, ut iam diximus, & confirmationi attributionis attributum.* Ante *id quod ſubijciebatur, quodq; cõiectura propellitur conjecturales loci qui ſuſpicionẽ debilitarent, & faciliorem aditum ad ipſam coniecturã facerent, erant occultius collocandi, huiuſcemodi uero coniecturales loci, niſi in comparatione abſoluta latere non poterant, diffinitioni enim coniectura ſic coniungi, ut unum uideatur, fiantque tanquam unum ex diuerſis non facile poteſt, ſed nec coniectura cõiecturæ, quæ ſubijcitur ei quæ ſubiectioni opponitur, confuſio enim fit & auditoris animum ita diuerſarum coniecturarum connexa ſimul argumenta non parum diſtrahunt, quas ob res abſoluta comparatio ante coniecturam collocata eſt. ex reliquis tribus diffinitiua coniecturalem recriminationem ſequitur, quoniam ſi præceſſiſſet acerbum eſſe poſtulare ne ignoſcatur, non potuiſſet confirmari, niſi ad ea quæ dicta ſunt diffinitione quoq; acerbitatis uſus eſſet coniectu-*

ra propoſita ſola comparatio ſufficiebat, adde ꝙ ciuis
calamitoſi ſanguinem petere ĩ hac tota recriminatione
acrius eſt, quare ut firmius primo collocãdum, nam et
earundem eſſet partium Tubero, & ſi recriminationis
uim non perdat, locum tamen non habuerit ſepa-
ratum, cum attributionis confirmatio ſit, et in eius locũ
trãſeat, &. n. ſtatus uel loci qui coniunguntur, atq; ad
unum confluunt, ſemper quidem naturã ſuam peri=
to rethori, ſi hæc uelit inueſtigare facile oſtentant, unus
autem alterius, aut ita pars ſit, ut ei non in rerum,
ſed ſola orationis compoſitione inhæreant, ut hic co-
niecturæ locus abſolute comparationi, aut tranſit, et
re ipſa pars ſit non oratione, cum & alius atque is
cui coniungitur, locus principalis dicendus non eſt,
qui tamen ſi diſiungeretur, principalis eſſe poſſet, ut
recriminatio hæc quæ attributionis facta confirmatio
eſt ſeparari poſſet. Hoc pacto accuſas Ligarium, qui
in eadem cauſa fuiſti argumentum à factis, locus co-
» niecturalis. Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus,
» qui locus oratione diſiungitur, ut recriminatio recri=
minatior fiat, aut igitur oratione ſolum iungitur,
aut rebus ſolum, aut re utraque, ut illi loci. Nam
quod in ſecundarijs fit, id itidem & in principa-
libus, & in radicibus fieri poſſe facile intellectum
» eſt, ꝗ multi enim de uictoribus qui te crudelem eſſe
» uellent, cum & hi quibus ignouiſti, nolunt te eſſe
» in alios miſericordem. Item cum ipſa legatio plena
» deſiderij ac ſolicitudinis fuiſſet incredibili quodam
» fratrum amore, hic æquo animo eſſe potuit belli diſ-
» ſidio diſtractus à fratribus. Quod ergo pro Pom-

peio etiam Tubero pugnauerat, recriminationis ut res non perdidit, loci principalis ſedem perdidit. Recriminatio tam re q̃ oratione ſeparatur, inde incœpit. Hæc uero non modo mirabilia ſunt, ſed prodigij ſimilia quæ dicam. Hæc quaſi acrior prima locata eſt ad quam ſequitur, non ſanguinem poſtulo ſed ne ignoſcatur, hoc uero multo acerbius, nam hac præpoſita ullo pacto ulla poterat adhiberi, quare neceſſe fuerat, ſi nihil ex omnibus quæ recriminationi dantur, attributioni accommodari facile poterat, præterq̃ q̃d ẽt ipſe pro eiſdem partibus pugnauerat, ſi deinde ꝙ ſanguinem petebat tanq̃ acrius ſequebatur, ſi poſtea q̃ acerbius ſit poſtulare ne ignoſcatur, & flentes ẽpedibus deturbare erat adhibendum, ſi poſtremo comparatio profectionum coniecturæ principali præponenda diffinitiuã, neceſſe inq̃ fuerat pronominationem aut omittere, aut iter cóparationes collocare. Adhæc ut uideas nihil eſſe Ciceronis quod cómutatũ, aut trãſpoſitum melius fieri poſſit, id nó omittam, recriminationem omnem commodiſſime coniecturæ q̃ accuſator aperte agit poſſe coniungi, immo debere, ut ſi hoc modo dicas, tu Cæſari traditurus prouinciam eras, qui armatus in eum irruiſti? Et ab hoc ad aliud, tu qui ipſius Cæſaris latus mucrone petijſti, traditurum te ei prouinciam dicere audes? Coniecturæ igitur, quam aperte accuſatoris intentioni opponimus, recriminatio recte coniungitur, in quam nos ipſi per nos delati uidemur ei coniungi non poteſt, quare nullus recriminationi locus relictus eſt, niſi inter deprecationem primam & abſolutam compara-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

tionem. C. Sed quoquomodo ſe iſtud habet: G. Mirabilis ad coniecturā trāſitus, tantum. n. confidere oratorem futura oſtendit coniectura, ut quoquō ſe habeant, quæ dicta ſunt, non ualde ſoliatari uideatur, quoquō inqt, quaſi propter errorem quæ ſequuntur firmitatem concedere uelut repugnari quæ dicta ſunt, ita & obſiſtentiæ uim renuit, & quæ dicta ſunt, non omnino dedit. C. recepti in prouinciam non ſumus: G. hæc eſt intentio quam apte Tuberones inferebāt, unde miror aliquos q rhetoricā profitentur, qđ Pompeianus fuiſſet Ligarius, accuſationis caput potuiſſe opinari. Nā id uel bubulci, et agaſones falſum eſſe poſſent intelligere, cum ipſe dicat, hæc querela noſtra qd ualet. Recepti in prouinciā non ſumus, mutauit uerba inmitius, non. n. dubito illos intendiſſe Ligarij ſe ſcelere fuiſſe expulſos. C. qd ſi eſſetis? Cæſari ne eam tradituri fuiſſetis? an cōtra eū retenturi? G. propoſitio coniecturalis, quam nō alia ratione, ita dupliciter protulit, niſi ut diſſimularet figuras ſe aduerſarij intellexiſſe, ac ideo grauiſſime utrāq; partem proſequitur, ut cum ſimulet dubitare quam partem duplicis coniecturæ capient aduerſarij ui rerum ad hæc deductus nō ex aduerſarijs impulſus uideatur. C. Vide quid licentiæ Cæſar G. conciliat ſibi iudicem ſi reſponderit inquit, quaſi id ille non ſubiecerit non dubitabo. Proponit reprehendendū eſſe conſiliū eius, ſi dicet uoluiſſe. C. nō enim ſi tibi G. ratio à natura rerum quæ ex eo qđ alicui gratæ, aut ingratæ ſunt, imitari minime poſſunt. C. ſed iam hoc totum omitto: non tam ut ne offendā G. hāc de reprehendēdo conſilio partem, partim ut

G

tim ut aduerſarium terreret, attulit, qui ſe proditorem pateſacere nolebat, partim ut tutius diſſimularet, ac ideo ſolum tactam allata cauſa omiſit, nam qui multis rationibus cum quicq̃ reprehendit orationem uallat credere uidetur factum id, aut cogitatum quod reprehendit. C. ueniebatis igitur in Africã prouinciã G. locus coniecturalis, qui cum pficiẽdi ſpem adimeret, eos ne cogitaſſe quidem oſtendit, nam niſi poſſe quid credamus, id conſulto nunq̃ ſuſcipiemus, eſt aut a conditione prouinciæ a potentia regis inimici Cæſarianæ cauſæ, & a conuentibus firmis, ac magnis in qua re potentiſſimus, diſſolutum re bimembre uerbis trimembre, nã ut multitudine rerum augeat, & cæſa oratione in animo auditoris interſerat. C. aliena uoluntas: G. inquit, quod ei idem eſt inimicus, hinc cauſæ is locus. illud quoq; ſubijcit etiam ſi tradere Tuberones Cæſari prouinciam uoluiſſent. non obfuiſſe tamen Cæſari eum qui eos expulit, cum quod cogitarant, facere nullo modo potuiſſent, ita hæc oratio, ut apertius ferit, ſic occultius exulcerat. C. quæro quid facturi fuiſſetis? G. reſumpſit duplicem coniecturæ propoſitionem, ut & confidere magis uideatur, et illud poſſit addere. C. Quãquam quid facturi fueritis, non dubitem: cum uideam quid feceritis. prohibiti eſtis G. ponit rem ante oculos breuiſſime. utitur enim genere inciſo, & loci ue aptiſſimo ad diſceptationem, quo rem ita exponit, ut interſerat, & immoretur, quod facit, ut argumentum quod infert, maiore ui erumpat. C. quod ſi Cæſaris cauſa G. fictorium quo id ponitur quod ſubijciebatur, ad eum profecto id ſequitur ſi uera erat ſubiectio,

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

& eſt concluſio ſimplex. C. Veniſtis ad Pompeium. G. negat eos feciſſe quod feciſſent ſi uera ſubijcerent, acrius uero atq; commodius ueniſtis ad Pom. intulit, & non negationem eius, quod ex ſubiectione ſecutum eſt, tum ne in dialecticam aſperitatem incideret, tum ut eò, robuſtius quo breuius locũ abſolueret, nam eius, quod ſequitur, negatio ſuſpenſam reddit orationem, niſi uſq; ad negationem eius quod antecedit deducatur, qui oppoſitionis modus tanto aſperior, incultior, atq; deiectior eſt, quanto alter eius modus iucundior, ornatior, atque ſublimior. C. quæ eſt ergo apud Cæſarem querela? G. concludit nullam eſſe querelam ſuam, qua ut à ſpe perficiendi & argumento à factis conſequitur, prohibitos ſe à Ligario contra Cæſarem, bellum gerere conquerebantur. tria ergo poteſtas in hac coniectura offert auditori, duo quæ dicta ſunt, & tertium ad bellum contra Cæſarem gerendum Africam petijſſe, quo & ab honeſto, & à ſpe perficiendi, qđ hoc & potuiſſent & debuiſſent, illud ē contra & à facto Tuberonem communiter erumpit, nam ſi Africa prouinciarum omnium munitiſſima Cæſari infeſta erat, ſi ipſi Tuberones Pompeianas partes complectebantur, ſi denique à ſenatu miſſi in Africam, & inde expulſi ad Pom. cuius authoritatem ſequebantur uenerant, ex his omnibus profecto emergit niſi Ligarius eos repuliſſet, contra Cæſarem bellum geſturos fuiſſe, hoc ipſum timidius atque diffidentius ſubijciebatur, cum di-
» cebat. Vos Africam arcem omnium prouinciarum na-
» tam ad bellum contra hanc urbem gerendum obtine-
» re uoluiſſe, ſæpe enim in difficilibus cauſis, quod plus

ſubiecimus, id poſtea cum rationibus magis corrobora uimus, expreſſius diximus in quibus etiam ita oratio- nẽ cõponere, locos tractare, ac aut diſiungere, aut coniũ gere ſolemus, ut multa ſimul ac uaria moliamur. Diſiũ cta itaque magis ac ſparſa ſunt quæ hic à Cicerone di cuntur, quod tunc maxime faciundum cenſeo, cum aut ꝑſuaſus iudex eſt, aut aduerſarijs fauet, aut ſingula ꝑ ſe ualida ſunt, quæ oĩa huic obtigiſſe loco non facile ne gauerim. C. Atq; ĩ hoc. G. uel cõmendatio, hinc ma nifeſtiſſime intentio aduerſariorũ figuris relata uideri poteſt, quare q nec p ſe id ĩtelligere poſſunt, nec alijs di cẽtibus credere uolunt, quaſi tertij apud Heſiodũ ordi nis homines relinquẽdi eſſent, niſi eorũ doctrina, ne di cam, an ignorantia, et temeritate tenera et inexperta, multorum ingenia imbui uideremus, nõ aperit hic ta- men omnino figurã, quoniam omnia hæc inde fiuunt, Cæſari ne eã tradituri fuiſſetis, an contra Cæſarem re- tenturi? C. et ſi à Varo & à qbuſdam G. ſubijcit remotionẽ. C. Ego bene cõfiteor. G. Illud C. ſed uide quæſo Cæſar cõſtantiã, G. reddit ad corroborandũ amplificandumq; argumẽtũ, C. quam ego, q̃uis ipſe G. ampliſſime dicturus de cõſtantia Tuberonis, cõci- liat tam ſibi q̃ ipſi iudicẽ ne ad inflammandũ cũ hæc dicere uideatur, cõmemorare modeſtius ĩqt, cũ rẽ quo ad eius fieri põt accumulet. C. quæ ſint igitur unq̃ G. proponere uidetur locũ de cõſtantia Tuberonis, cũ re locum ab initio exaugeat, nec enim alius eſt locus hic prĩcipalis atq; prohibiti à prouincia cũ ſumma in iuria ad Pompeiũ ueniſtis, uerũ cũ re unus ſit oratione diſiungitur uel ne uehementia, quæ crebritate ac col-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

lectione uirium inuentionis ſit,fauentem. aduerſario iu dicem exaſperet,uelut multitudinis ſpem,facilius ſuper ſedeat uelut maiore mora , in loco alienum a cauſa Ligarij animũ iudicis iam forte lenitum tandem peni tus flectat,ac labefactet,ut enim unita ac coacta ma gis impellunt,ſic diffuſiora facilius animos conquaſ ſant,porro ſiquis perſuaſum,aut fauẽtem aduerſariũ iudicem pleniore oratione abſtrahere conatur,quaſi ari dius ſubito flectere lignum cupiat,franget,priuſq̃ quo uelit ducere poſſit. C. conſtantiam dico? neſcio an me lius G. correctio amplior,ut auditor magis aduertat. C. Quotus.n.iſtud quiſq; G. magnam patientiã oſten dit eo quo nullus fere alius,ita repulſus? C. etiã cũ crudelitate eiectus:ad eas partes rediiſſet,unde expul ſus eſſet? G. quotus inq̃t, ut oſtendat uix in eo caſu alterum ita patientem eſſe potuiſſe. Quare ratio in hoc eſt ſumma eſſe rara omnia,locus a cõmuniter acci dentibus.Illud notandũ cum q̃bus e circunſtantijs ra tiones emanant apparet quos differentias maximarũ locos appellare ſolemus inq̃rendos non eſſe, nec.n.ad ſciendum,nec ad inueniendum quicq̃ conferunt,niſi q̃s in infinitionem ſemotis circunſtantijs cauſam abſtra hat,cum ille non facile occurrunt,quod accidit cum res magis in formam ſuam abducitur,maximarũ differẽ tias conſiderare debemus. C. magni cuiuſdam animi, G. magnitudine animi ſingulare,ac unica,et eſt ab at tributis perſonæ habitu,uel natura. C. nulla contu melia,nulla uis,nullum periculum G. repetitio inci ſionis, nõ ut breuis,aut ut uelox oratio ſit, ſed ut mo ra;& numero exaugeat. C. ut enim cætera paria



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

G. ratio qđ cõtumelia, et uis ſibi allata ſit. C. Honos, nobilitas, ſplendor, G. articulus & ſi nunquam uelocitatis ſpeciem perdat, eſt, tamen quoniam ut hic non eius cauſa adhibetur, ſed ut inciſione ac numero rerũ magis immoremur, et extollamus, quod cum facere uolemus, ſemper in altius progreditur oratio, ut hic, nobilitas honorem, ſplendor nobilitatem tam re, q̃ uoce ſuperat. C. hoc certe præcipuũ G. hoc à rebus ipſis uim & contumeliam ſimul oſtendit illa tam. Illud. n. cætera paria, contumeliamq́; quoniã in maiores proprie fit, fuiſſent paria cum dubitatione protulit imperium ad uim magis ingenium ad contumeliam probandam referendum. C. hinc prohibitus nõ ad Cæſarẽ, ne iratus. G. duplex repetitio in cæſis imo fere in ſingulis uerbis, ut cædat, augeat, immoretur in re, uelox in membris ſit, quod facimus cum rerum copiam oſtentare opus eſt. C. in Macedoniam, in Cn. Pom. caſtra G. illud ipſum à factis poſt tranſactum negotiũ ſignum, & locus ab initio eſt. C. Quid? cum res iſta nihil commouiſſet G. maius argumentum conſtantiæ, ac patientiæ ab eodem iniuriæ loco, quæ tam et ſi multiplicabatur, Tuberones tamen eundem contra Cæſarem animum habuerunt. C. pacis equidem ſemper G. probat illud, oẽs ſtudio uincendi tenebamur, quoniam & hic ipſe q ſemper author pacis fuerat, tum uincere cupiebat, quod ne aſperum uideatur, interpoſita re quæ communiter amentibus accidere ſolet, lenitur, erat enim amentis cum hoc à propria perſona ratio uiterſa non eſt, ſi pacis cum authorẽ ſemper fuiſſe, uel ipſe iudex non ignorabat. C. tu certe præcipue: qui

e loco tempore pſona, quæ parem alteri non pateretur, ſummopere Pompeianorum uictoriam Tuberonē cupiſſe oſtendit, q̄uis ab innata hominum cupiditate eſſe poſſit, q ad imperandū cupidiſſimi, à parendo alienissimi ſumus. C. Hæc ego non dicerem G. Mira totius loci ab initio depoſitio breuis oratione maxima uiribus. nam & ſe q̄ dixerit excuſat, et aduerſarios laudando terret, ne ſi conſtantes fuiſſe negare audeant in ipſum Cæſarem, qui eis ut etiam alijs Pōpeianus ignouit ingrati uiderētur, & auditoris in beneficiendo, ac ignoſcendo uoluntatem excitat. Quid cum res iſta non commouiſſet animum, ſimplex concluſio à factis, quæ tamen oppoſitionis uires retinet, cum res iſta non commouiſſet animum eius ad quem ueneratis, niſi conſtantes, ac patientes fuiſſetis, q̄ communiter accidit omnibus qui eius animi non ſunt languidiore ſtudio in cauſa fuiſſetis non fuiſtis autem languidiores. Magna ergo conſtantia, & patientia in ea cauſa fuiſtis, ſed ut ſolet oppoſitionis ex negatione aſperitatem, ac puerilem garrulitatem uitauit, factum intulit quod maiorē uim quā negatio habet, & ne acris nimium eſſet oratio, ſi in aduerſarios ſolum conuerteretur, ſe quoq; ipſum complexa eſt, omnes inquit, ſtudio uincendi tenebamur. Ac rurſus ne eius animi ſemper fuiſſe in Cæſarem uideretur, his uerbis lenijt, pacis equidem ſemper author fui. Deinde ut uis extaret, reſumpſit omnes inquam uincere uolebamus, tu præcipue ita & acrimonia nimia uitata eſt in ea re, cuius ipſe quoque reus erat, & recriminationem etiam cogitationis effugit, & omnem uim orationis retinuit.

## CONIECTVRA DE ANIMO AC SENTENTIA TVBERONVM.

NVnc pauca de tota hac coniectura repetamus, deinde ad aliqua trăſibimus. Coniecturam hanc de animo, et ſententia Tuberonum, & duplicem proponit, ita ſimplicem agit, qm̃ cū ad unicam pſonam factū ita refertur, ut alterutrū eſſe neceſſe ſit, dūmodo una ps cōfirmetur, neceſſario altera refutatur. negatur itaq; eos uoluiſſe qđ ſubijciebăt primo honeſtate, ꝙ rē eis turpē ne cogitaſſent qdem, quē locum cautiſſime tangit. Ne Cæſarē offendat, deide à poteſtate, ꝙ ſpes pficiēdi nō dabatur. poſtremo ab his quæ fecerăt tanq̃ à ſigno, qbus oibus cū intuliſſet petijſſe eos Africă, ut bello contra Cæſarē gererēt, paucisſimis interpoſitis magis ut diſiungeret, q̃ alia ratione, redit ad eius loci ampliorem expoſitionem conſtantiam, patientiăq; proponit, ut & redeat, & reditus lateat, & perſeuerantiam oſtendat, quæ res uoluntatem optime declarat, et ad aliud quoq; argumentum ab eodem loco deſcendat, quod q̃q̃ Pomp. querelis ſuis non mouebatur, tamen acriter contra Cæſarem pugnauerant, quare uim eius loci, qui à factis eſt latius aperit, & amplificat, nunc negotiorum conſequentia incidendo. C. nulla contumelia, nulla uis, nullum periculum G. nunc pſonarū. C. honos, nobilitas, ſplendor, C. nunc locū cum diſtributione. C. Non ad Cæſarem, ne iratus, non

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

domum, ne ineres, non in aliquam G. nunc factum ipſum C. langidiore credo ſtudio in cauſa fuiſtis? tantũmodo in præſidio eratis? animi uero à cauſa abhorrebant? G. nunc orationem ſolam, C. an, ut fit in ciuilibus bellis, nec in uobis magis, q̃ in reliquis: omnes uincendi ſtudio tenebamur. G. hac huius loci ampla expoſitione patet, cum uim loci ab initio amplius efferre uolumus, ſiue id coniunctum ſiue diſiunctum agamus cæſa oratione nobis opus eſſe non uelocitatis magis cauſa q̃ ut mora & numero inſiſtamus, ac tandem labefactamur, auditoris animum & impellamus quo uolumus, q̃uis motus & uelocitas & nonnunq̃ curſus & præcipitatio orationis cum coniungimus prout res poſtulat, adhibeatur, cum diſiungimus non ut multitudine rerum confuſior oratio non reddatur, ſed ne iudicem impetu offendamus multo minus extare debet, quod facile faciemus ſi ſolutior erit oratio, ſi membris ſolum uel etiam clauſula ueloces erimus, cæterum ad uerſionibus, interrogationibus, admirationibus, ac omnibus quæ exuſcitant maximéque concurſu multorum carebimus, quare hic ſiquid horum eſt, ne omnino lãguida & iners oratio ſit, quod loco qui eſt ab initio, alieniſſimum eſt, id ſimplex eſt, aduerſio cum interrogantis ſpiritu bis ſolum accepta eſt. Accepta incommodo id tu quæ ad Q. detuliſtis? & tibi qd cum res iſta non cõmouiſſet eius animum, ad quem ueneratis languidiore credo ſtudio in cauſa fuiſtis? tantummodo in præſidio eratis? animi uero à cauſa abhorrebãt? ſed utrobiq; rebus in ultimo non etiam methodo impetum declinauit, illud autem non ad Cæſarem ne iratus, non do-

mum



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mum nc iners, non in aliquem cum rebus præceps ſit, & caſis compoſitum tamen quoniam quietum eſt, & diſtributioni coniunctum, ita tardiuſculum eſt. Et quoniam de inciſione dicimus, illud quoque apprime tenendum, triplicem eã eſſe, quæ tam rebus quàm oratione inciſa eſt, ut partitio et diſtributio, quæ rebus non oratione, ut conſecutio & ſubcontinuatio; quæ oratione non rebus, ut expolitio. Illa languidiore credo ſtudio cauſa fuiſtis tantummodo in prima eratis, animi à cauſa ab, quam mirifice compoſuit, uix enim etiam cum diu conſideraueris res integra uidetur, quæ adeo una eſt, ut duo quæ ſequuntur membra ad primum, tertium, ad ſecundum interpretationis modo referatur, hos inciſionis nodos non caſu dicet niſi temerarius orator, grauis quem & prudentem licet dicere cauſæ accommodabit, ſed de his ſatis. Nec enim cuncta dicere poſſemus, cum nulla ferè ſyllaba ſit, quæ non certa ratione atque adeo diuina eſſe uideatur, illud tamen non prætermiſerim conſiderandum et uelocitate opus ſimul & mora ſit, quod hic locus oſtendit. Illud breuitate, hoc diſtractione membrorum fieri poſſe. C. Nũc quæro utrum ueſtras iniurias, G. duplex concluſio qua oſtendit ſuas eos non reip. iniurias pſequi, quod etiam, cum diceret ad Pom. eos querelam detuliſſe, & eius animum non mouiſſe ſubijciebatur. C. Videte ne erretis: G. contrarium eſt, nam qui inimicis ignoſcit ſuis, non perſequitur alienos. hinc etiam palàm eſt, qđ expulſos ſe cũ iniuria reipu. cum à ſenatu miſſi eſſent aperte accuſatores, contendebant quod non eius cauſa, quoniam inconſiſtens apud Cæſarem erat, auſi ſunt de-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ferre, ſed propter ſubiectionem. C. Itaq; num tibi ui deor G. conuerſio ad iudicem qua ſibi beneuolentiam interpoſita ſententia exordij comparat, ut & repetat, & ad parentem agi cauſam demonſtret, quæ etiam apud iudicem agi poſſit. C. Cauſas Cæſar egi multas: & quidem tecum, G. Cæſaris ipſius teſtimonio utitur, quod ad iudicem aliter agitur, aliter ad parentem, quomodo ad iudicem, quomodo ad parētem col latione breuiter exponit. C. Dic te Cæſar G. poſt collationē parentis & iudicis, aptiſſime ad Cæſarē breui per occupationem utitur epilogo, ac enumeratiōe eorum, quæ dicta ſunt, quæ etiam apud iudicem ualerent. Ita omni uel in iudicio poſſe abſolui Ligarium oſtendat, multo magis à parente ignoſcendum contendit. C. ſed ego ad parentem inquit, loquor. G. huic loco & contrarij, & minoris uis ineſt, abſoluere enim iudex, ignoſcere parens ſolet, ac rurſum iudex ſeuerus, parens miſericors eſſe debet, uerum quæ ad iudicem referuntur, acria eſſe non debent, quare non impetu, ut natura rerum petit, irrumpunt, ſed auditori accommodata eius animum illabuntur. carent ergo acrimonia partim qua abſoluere, & ignoſcere miſericordia, et ſeueritas non aperte, ut iudex et parens inter ſe referuntur, & commutatis uerbis, & occultius neq; connectuntur breuiter, ſed ſparſa latius etiam diſiuncta etiam retenta ſunt, quod factum eſt, ut quoniā ad ipſum auditorem feruntur abſq; ui ulla illabantur, quorū uis ut facilius appareat, nos ipſa colligemus. C. legatus ante bellum profectus: relictus in pace: bello oppreſſus, in eo non acerbus fuit: tametſi totus eſſe ſtudio tuus. G. quæ

us. G. quæ omnia uel apud iudicem abſoluendum ualerent, tu qui parens es apud quem etiam cum dici mus C. erraui: feci temere, G. Fecit timore. C. ad clementiam tuam confugio: peto: ut ignoſcas oro: condemnabis? G. et per oppoſitionē ſic. Si dicerē Cæſar, errauit, Ligarius fecit temere, fecit timore, ad clementiam tuam confugio, delicti ueniā peto, ut ignoſcas oro. Si ſola hæc dicerem, ſi nihil aliud afferrem, tu, quoniam non ad iudicem, ſed ad parentem hæc dicerem, opem ferre non dubitares. nunc cum & illa uere afferantur, legatus ante bellū profectus eſt relictus in pace bello oppreſſus, & in eo non acerbus, ſed totus animo ac ſtudio tuus, hæc cum apud iudicem ad abſoluendum ualerent, apud te parentem non efficient ut ignoſcas, ex his patet ꝙ uniuſcuiuſq; loci tractationē rebus idoneā orator tenere debet, ea utetur, ſed cæteræ quoq; circunſtantiæ patiuntur ſi minus cauſæ orationem non orationi cauſam accommodabit. ita & uis rerum inerit, & cauſa agetur nó euertetur, & quæ natura ſimilia ſunt, in uariis cauſis & diuerſis locis tractationem uariā habebunt, et ſicut cauſa poſtulat agemus, & auditorem uarietate delectabimus. C. ſi nemo impetrauit: G. diſtributio. C. tu idem fer opem: G. q̄ attributio deprecationis locus. C. an ſperādi Ligario G. á minore eſt, et habet tractationē loco conſentaneā, nam cum ad extollendam clementiam Cæſaris ſumptum ſit, ad Ligarii ſpem, ac animū fertur, nó ad auditorem ut ſupiora, ferretur aūt ſi ſic dixiſſet, an ſolius Ligarii ſpē falles, C. cū mihi apud te locus ſit ēt pro altero deprecandi? G. Sed cū uim rerū retinendā cenſet, ſi du-

rior res ipſa eſt, tractationē mutat, ſin tractationem retinet, rem in minus uertit. C. quāquā neq; in hac oratione G. præparat & exorditur ultimam hāc deprecationis partē, quam non ut primam, ſed latius dicturus eſt, totus enim cauſæ fundamentum ut ingreſſu tangendum eſt, ſic in exitu ampliſſime pertractandū uidetur, captat igitur beneuolentiam à perſona Cæſaris ex uiſceribus ipſius deprecationis. C. cauſas apud te rogantium G. expolitio uel interpretatio eſt ſine utrūque, nam inter eas id intereſſe arbitramur, ut cū utriſq; eadem res ſit, & aliud atque aliud dici uideatur, in interpretatione, ut nomen ipſum oſtendit, ad clarius deuenire plerunque ſoleamus, & duorum membrorum numerum excedere non debeamus. expolitionem non interpretandi cauſa adhibemus, ſed ut immoratione locupletius atq; politius quod dicitur reddamus, ac ideo certum membrorum numerum non obſeruamus, id rogantium cauſa nihil aliud eſt niſi neceſſitudo eius, pro quo laborant, uel potius erga eum officium, grati uultus Cæſari eorum ſunt q̄ ſui neceſſarij ſunt, ſed uis quoque correctionis ſubeſt, cauſas enim neceſſitudines rogantium quæ habent cum his, pro q̄bus laborant, grauiores eſſe dixit quàm uultus. i. quàm neceſſitudinem, quam ſecum habeant in altero membro, alterum omnino nequit nec ſpectare quàm tuus eſſet neceſſarius is, qui te oraret, ſed q̄ illius pro quo laboret. C. Itaq; tribuis, tu G. magna laus Cæſaris abſq; adulatione, quoniam ex ipſa re commodiſſime oritur. C. Sed uideo tamen apud te G. redit ad illam ſententiam, ut iam abſoluat accommodatiſſimum ad ea quæ ſequuntur

tur

tur exordiolum, non enim argumenta ſolum & locos, quibus probamus, ad cauſam, non cauſam ad locos oratores debent accommodare, uerum etiam ea quibus conciliamus, nam hic Cicero ſi qui pro Ligario laborabant ſumma neceſſitudine coniuncti cũ Cæſare fuiſſent non ita, ſed cum cauſas rogantium ipſum ſpectare oportere non negaſſet, tum multo magis, ꝙ ſumma ſecum coniunctis neceſſitudine rem gratiſſimam faceret, nunc quoniam id dici non poteſt, id quod dici poteſt ita tractat, ut fieri debere uideatur, et factitatum iã ab eo ſit neceſſitudine magna coniunctos dicit, & iuſtiſſimo eos dolore commoueri, ut è uiſceribus cauſæ trahatur exordium ex illa parte maxime, quæ de fratribus eſt, q̃ cum Ligarius potius exules mallent q̃ ſine Ligario Romæ uiuere. C. poſſum fortiſſimos uiros G. poſt breuiſſimum exordium, ita enim fieri neceſſe eſt interagendũ ubi uel nullum, uel breuiſſimum, & plerunque ſolutum exordium eſſe debet, locum deprecationis aggreditur à magnitudine animi eorum qui rogant, qui nonus commiſerationis in rhetoricis poſitus eſt. C. & dolorem. huius T. Brochi, G. multum mouemus tamen forte, & nobiles uiros in ſqualore eſſe oſtendimus, C. quid de fratribus dicam? G. à diſiunctione ſexto commiſerationis loco, ut q̃m fratres diſtracti uiuere nõ poſſunt, aut Ligarium reſtituat, aut intelligat fratres eius qui ſecum ſemper fuerunt, id ipſum exilium optare, ut cum fratre uitam agant, C. q̃ patria, q̃ domus, q̃ dij pœnates, G. amplificat diſiunctionis dolorem repetitio commiſerationi accommodata. C. ſi fraterne, ſi pie, ſi cũ dolore G. mouetur dolus ab eadẽ dicendi for-



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

mula ad quæ adeo ſchemate cito recedendum, nec omnino ideo adhibendum, nam qui ad dolorem impellere uult, & inſtare debet & mouere nimium. morã in affectu requirit, affectus idem eandem dicendi formam poſtulat, alterum commutationem flagitat, quare in uaria ſchemata idipſum efficere poſſunt, eodem ſchemate inſiſtendum numero ac tractatione commutandum, iam hic ſchema unum uidemus, repetitiones tres, tractationem uariam, nam i prima præintellecto uerbo cuncta redduntur, in ſecunda poſtpoſito, in tertia abſolutiſſima ſingula ſunt, quam non ſine cauſa ab M, littera incœpit, eſt enim id elementum fletui potiſſimum accommodatum. Illa uno exiſtente, mirifice mouet poſtpoſitum, nam & ſequentia excitat, & præcedentia diſtrahit, & hiatu ploratum mutatur, ex quo facile uideri poteſt quantum in dicendo poſſit tam tractatio quàm compoſitio, ſiquis enim ita dicat, nam Ligario exulante quoduis exiliũ his optatius eſt, quàm uel patria, uel domus, uel dij pœnates, & ſi dignitatem orationis detineat, non multum tamen commiſeratione commouebit. C. ualeat illa tua uox: G. ſeruauit uerbi modum in quarto membro, ut in uocis curriculo impetu ferri uideatur, uitauit repetitionẽ ne multitudo faſtidium pariat, & ut ui rerum ferri non præmeditatione putetur. Ad hæc cum non moueat niſi mota oratio quadrimembris repetitio ab huiuſcemodi affectibus quaſi firmior alienior eſt bimembris, uix affectum ſignificat, quas ob res eum numerum in membris retinuit, quem & in repetionibus obſeruauit. C. te enim dicere audiebamus: G. at-

tributio

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

tributio qua ex comparatione Pompeianorum benignitate Cæſaris ab eo, quod ſolitus eſſet dicere oſtendit, dicere inquit. Te audiebamus quod nos Pompeiani ſcilicet aduerſarios omnes putabamus, qui nobiſcum non eſſent, cum tu omnes tuos putares qui contra te nõ eſſent, ex quo ſequitur quaſi à contrario multo magis putandos ſuos, qui ſemper ſecum fuerãt, nam ſi qui ſecum non fuerat ei opponitur, qui ſecum non fuerat ẽt ſi contra ſe non fuerat, & cum qui contra ſe non fuerat ſuum ducis, multo magis eum qui pro ſe fuerat ſuum duces. C. uides'ne igitur hunc ſplendorẽ, G. attributio cóparationi deprecatiue cõfuſa, attributio qm̃ ſplendorẽ ac nobilitatem, comparatio qm̃ merita rogãtum in Cæſarẽ commemorat. C. ſplendorẽ, G. trãſlatio augendi cã. C. hanc Brochorũ domum G. appellauit pp nobilitatem gentis, idq; ferè dicit nó exornandi, ſed amplificandi cauſa qđ interpretationis eſt, et ut euitaret ſatietatem quantum repetitionis uim minuit, tantum ex iocunditate agnominationis mutuatus eſt C. hunc Lucium, G. deſcendit ad ſingulos per articulum, potuiſſet & ſingulos enumerare, deinde referre uniuerſam doctorum domum, omnem ſplendorem, quo tractatio his locis conuenientior eſt, nec enim poteſt commoueri auditor cum è ſingulis ac minutioribus ad multitudinem, & ad maiora procedit oratio, uerum quoniam hoſce omnes equites Romanos dicturus erat, quod poſt poſuit propter maiorem multitudinem equitum, qui Ligario fauebant, ne confuſio fiat, & ut uarie diceret ab uniuerſis incepit in ſingulos cedẽdo deuenit, & tandem C. hoſce omnes equites



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

Romanos G. adiunxit, quod ad totum hūc attributio nis locum collectio quædā eſt, ſic et idonea loco tracta-tio reddita eſt, uarietas, atq; diſtinctio orationis facilius animum auditoris illabi affectum facit, atq; his maxime comparatione depreccationis oſtendit quantus amor Cæſaris partium, & auget rogantium merita. C. con ſerua igitur tuis G. Concludit comparationem, quam præceſſit attributio in eodē orationis contextu, quoniā coniuncti loci maiorem uim habent, et demonſtratiua iudicialibus, niſi quid impediat cum diſpoſitionis præcepta conſcriberemus præponi oportere demonſtrauimus. depreccatiuæ autem comparationis propriū eſt, ut noſtris aut noſtrorum enumeratis, ac adauctis oratione meritis, maiora aut plura beneficia dicamus, q̄ delicta ſint, quæ commiſimus, qua ex re illud quodāmodo auditori ſubijcatur, debere, ſi gratus eē uelit, ignoſcere, ſed plerūq; ne moleſti ſimus, acrimonia loci tractatione minuitur, ut hic Cicero, ad alteram comparationis partem quæ ex attenuatione delicti conſtat occultius tranſit, immo ita tranſit, ut rem nullo pacto pertinentem ad ſuperiora dicere uideatur, nam his uerbis omnino orationem ſeiunxit. C. Quod ſi penitus pſpicere poſſes G. nec tamen attentationem occupat, ſed, quod maius eſt, conceſſionis uim p purgationem ex neceſſitate, coniectura, ex fraterno affectu, animo, ac uoluntate Ligarij comprobata, ita auditor ad ignoſcendum impellitur ei qui neceſſitate peccauit, cui etiam ſi conſulto feciſſet ignoſceret propter ſuorum merita. quare his omnibus ea uis quæ à maiore eſt, cautius intruſa latet. C. qui ſi conſilio id feciſſet: G. ſubiecit uim à

maiore,

maiore, non expreſſit oratione, ne aſperior uideretur, retinuit tamen tractationem loco apertiſſimam, ut eius ui quod dicitur ex ſe ipſo iudex perſpiciat, eſſet eorum ſimilis, mirifice & uim à maiore ſubiecit, & orationem ad benignitatem, & clementiam Cæſaris retorſit, ut quaſi ab exemplo proprio, quod et alijs ignouerit, Ligario quoq; ignoſcere impellatur. C. Sed ierit ad bellũ: G. diſſenſerit minus dixit, ut attenuet. C. uerũ etiam à fratribus: G. non ueriſimile eſt affectum fraternum ſic ab eo contemptum, ita quod dat cum amplificare uideatur, tunc potiſſimum eripit. C. Ac etiam memoria teneo G. comparatio per commemorationem meritorum Titi Ligarij, cui etiã uis attributionis ineſt. C. etiam de alijs qbuſdã quæſtoribus G. extollit merita collocatione. C. q tum nihil egit aliud: G. extollit magnope ex animo ipſiũs. Nulla. n. res eſt adeo parua, quam ſi ſtudio in amicum facimus, uel ut boni ab eo uiri iudicemur, plurimi exiſtimare nõ debeat is, cuius cauſa facimus, admonitus huius euitauit, ut ſolet, cõparationis acrimoniã. C. fratres optimos, G. & in te, ab euẽtu tenuiſſime, maiorẽ. n copiam res nõ ſuppeditabat, nunc qđ in rhetoricis de rõcinatione diximus exemplo demonſtrabimus, deinde deprecationis huius genus conſiderabimus. Rõcinatio igitur cum triũ partium ſit, bipartita plerunq; inuenitur, non. n. quẽadmodum dialectici ſemꝑ orator complectetur quæcunq; re ipſa in argumentatione continentur, uerũ id ſolũ, de quo dubitare auditor poſſet, diligenter plerũq; exponet, qđ in uniuerſum uerum eſt, aut ueriſimile poteri: prætermitere, ut et auditor cum ex ſe afferat qđ facile, aut fere

ſine cogitatione animo ſtatim aboritur mollior ad conſentiendum ſit & orator una re tantum occupatus copioſius eam explicet firmiusq; ſtabiliat, & oratio grauior ſit ac expeditior cum ea relinquuntur, quæ ſuapte natura occurrunt, his de cauſis crebrius hunc modum oratores ſuſcipiunt, de quo nihil adhuc diximus, quoniam putauimus uno uel altero poſito exemplo cætera omnibus apertiora futura, ut igitur qd dictum, quid relictum ſit perſpiciatur, ratiocinationem de quæſtura Ligarij qualis in re ſit cõſcribamus. Omnibus Cæſar qui ſtudio in nos ſuo quique, ut boni uiri à nobis iudicentur nos et dignitatem noſtram quãtum in eis eſt tuentur, ſi quid honeſtum ſupplices à nobis petunt, concedere debemus. Sed Titus. L. ſtudio in te ſuo ac ut bonus uir à te iudicari poſſet mirificus erga te & dignitatem tuam fuerat quæſtor, cuius ratio, quod non ego ſolum memoria id teneo, ſed te quoque ipſum ſpero non eſſe oblitum, qui nihil obliuiſci ſoleas niſi iniurias, debes ergo huic cum ſuplex petat fratris ſalutem condonare, huius ratiocinationis prima pars relicta eſt, et oratio excitatior grauior, nec minus dilucida, longior uero facta eſt & propter rationis interiectionem, & propter comparationem ex collatione ad expolitionem locupletiorNemq; argumentationis pertinentem, huius & illud coniecturale eſt quod non ut repetat, ſed ut ad miſericordiam impellat interiecit, nam omnis enumeratio ſine tenuis, ſiue ampliũ ſit id habet propriũ, ut quæ probata ſunt afferat non probet, hic quod affertur in minuta ratiocinatione probatur, quam in integram ſic re



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

ducimus, omnes homines Cæſar qui conſpiratione ac pene conflatum inter ſe conſenſum retinent niſi ui diſtracti diuerſas ſententias fortunaſque non ſequuntur, ſed Ligarij fratres tres conſpirantem ac pene conflatum inter ſe conſenſum retinent, uoluntate igitur tecum omnes fuerunt, tempeſtate arreptus eſt unus, qđ Ligarij huiuſcemodi eſſent ratione interſparſa probauit, ꝙ nullus ſit qui hoc non nouerit, nullus qui non ſentiat, ſed de his hactenus. Genus autem & forma dicendi deprecationis commiſerationis genus eſt, quod conſtat breuioribus membris clauſulis magnificis firmis atque conſtantibus, niſi ubi coniecturam in conceſſione de animo & uoluntate Ligarij adhibuit, quæ quoniam plurimum mouere poteſt in confirmationis fronte poſita, etiam in ſubſidijs collocata eſt, preterea quod maximum eſt, tota oratio diſiuncta uaria compoſitionis eſt, que uaretas tamen habet quaſdam moras et quaſi ſtatus cõmiſeratiõi accõmodatiſſimos, ad hæc circunductionis nulla ferè aut non magna uis, aſperitatem uero omnem & acrimoniã rebus ipſis íter currẽtem conſilio atq; copia declinauit, ita genus commiſerationi ad unguẽ quadrat, res acriores inſunt, quas nec omittere poterat ne totam cãm amitteret, nec eis genus ſuũ accommodare ne auditorem concitaret, quod cõtra precepta non eſt, nã cũ dicimus rebus orationẽ non orationi res accommodari oportet, rei uocabulum toti cauſæ uſurpatione attribuimus. C. ſic igitur quod de. G. concluſio totius orationis. nam deprecatio, & ſi in extremis collocata ſit, & à cõmiſeratione non aliena, nõ eſt tamen cõmiſerationis pars, ſed totius

orationis huius quod ſæpius dictum eſt ſtatus principalior & radix, qui autem concluſionem putant ad hoc quod dictum eſt, etiam ignorāt nihil alienius eſſe ab omni concluſione, q̄ exordium. Hæc igitur concluſio breuiſſima eſt, nā quæ à ſuperioribus repetenda erāt ante deprecationem repetit, ita concluſa parte omni orationis, quæ deprecationem præcedit, tranſit ad deprecationem, qua breuiter tractata, reliquum erāt id ipſum inferre, propter quod deprecabitur ignoſcendū eſſe Ligario, ut cæteris, quamobrem ſtatim, & à gloria, quam conſecutus fuerat, reſtituto Marco Marcello, Cæſarem ad ignoſcendum impellit. C. nihil eſt enim tam populare quàm bonitas: nulla de uirtutibus tuis G. attributio ſingularis ad miſericordiam accommodata, ut enim commiſeratio deprecationi congruit, ſic deprecationis loci à miſericordia non alieni. Eſt autem poſtrema hæc orationis particula grauiſſimis ſententijs quatuor conſtipata, quarum primam & tertiā uniuerſalius protulit, ſecundam & quartam perſonæ accommodauit. genus dicendi membris illuſtribus, et diſiunctis, ac abſolutis, clauſulis amplis, locatione & numero dignitatis compoſitum eſt, pulchritudinis quoque ac uenuſtatis dignitas non penitus omiſſa. Sed & iocunditas ſubſtantiæ non extat, ne ſententiarum deijciat grauitatem. Repetitio enim cum quieta eſt, et uaria, uenuſtatem, ac pulchritudinem facit tanto maiorē, quāto non nihil etiam iocunditatis accedit ſi duplicatur. At hic ſi negationem in tertia ſententia præpoſitionis parua membrorum commutatione duplicabitur. Quare cum utilis, magna laus Cæſaris quia ſeipſum conſule-

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

re non alios impellitur. C. tantũ te ipſum admonebo: G. ab euentu optimus orationis exitus è magnitudine beneficij, ſi unius ſalute plures conſeruentur, & magnitudine calamitatis, ſi unius damnatione plures condemnentur. Nunc quæ de tota cauſa incipientes diximus, latius repetantur, nam quoniã iam ſingula expoſita ſunt melius, atq; facilius, quæ communius conſiderata ſunt percipientur. Fuit in Africa Cæſar, Ligarius aduerſus te fuit, ueniã petit, dignus enim eſt, ut ei ignoſcas, is q cũ fratribus fuiſſet, ſi ei licuiſſet ex Africa diſcedere, præſertim cum eis ignoueris, qui te ut crudeliſſimi uiri multomagis inſecuti ſunt, indignus qui nos tradituros tibi Africam ex prouincia reppulit, quod & ſi pro firmamento poſuimus, ut ius totius cauſæ uideatur, tamen intentionem etiam alteram appellauimus. Nec enim Tuberonem firmaſſe cauſam credendum eſt ea re, quæ ſibi dictu turpiſſima erat, ſed ſic potius indignus, qui non ex ſenatus authoritate uenientes in Africam reppulit. Verum quoniam hoc non conſiſtit, nec enim Cæſar ſenatus partium, ſed ſenatui hoſtis erat, ſubijciebatur, tradituri eramus Africam, quod quia ipſi accuſatores aperte pro firmamento non afferebant, nec ei quo pro firmamento aperto utebantur expulit nos in Africam ex ſenatus authoritate uenientes connectebatur, idcirco ſeparauimus, & figuratam intentionem appellauimus, nullus enim niſi mente captus non uidebit hoc ipſum Tuberones in accuſationem attuliſſe, quod tradituros expulerit, nam cætera non conſiſtunt, ſed turpitudine rei deterriti ad aliã ut honeſtam ſic i conſiſtentem intentionem ſimulatam refugiebant, quam

)

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

rurſus his ipſis de cauſis firmamento quo ſubſtentabatur non confirmabant, ſed authoritate ſenatus obiecta ſubijciebant, quod uere intendebant quoque ſibi cauſa conſiſtebat, quod Cicero coniectura oppugnabat, quare ut quo modo agebant intelligi poſſit, quaſi per duas intentiones ſeparauimus, rurſus ut qua ſibi re cauſa conſiſtebat planum fieret, idipſum pro firmamento aſſumpſimus, ex quibus omnibus compoſita defenſoris hæc ē, ex altera parte iudicatio cum tibi tradituri Tuberones Africam non fuerint, qui te multo magis quã Ligarius inſecuti ſunt, dignus eſt uenia Ligarius, qui eos ex Africa reppulit, & aduerſus te ibi fuerit, cum ſi inde euadere potuiſſet, unà cum fratribus te ſecutus fuiſſet, hæc compoſita iudicatio ſimplices complectitur, coniecturalem, non fuiſtis tradituri, conceſſionis expurgatione uoluntatis per coniecturam primum ex eo qđ eſt, aduerſus te fuit, alterum ex eo quod ſi inde euadere potuiſſet unà cum fratribus tecum fuiſſet, deprecationis ex eo ipſo quod in conceſſione facit, neceſſe nãq; fuit, quoniam purgatio non tantum uirium habet, ut per ſe ac ſola conſiſtat ex eodem fundamento ad deprecationem tranſiret, hi omnes ſtatus ſic ad unum deprecationis concurrunt, ut & iudicationes ad iudicationem, quare ut ſiquis de compoſita iudicatiõe quærat una ſit, an multæ? nullus unam reſpondere dubitet, ſic ſiquis interroget, quo in ſtatu uerſetur uniuerſa oratio in deprecatione abſque ulla titubatione, reſpondendum eſt. ut enim rationes, & firmamenta quibus iudicationes componuntur, principalis iudicationis partes ſunt; ita ſtatus è quibus illa fluunt prin-

cipalis ſtatus partis eſſe neceſſe eſt, hic ſtatuum & iudicationum concurſus, ac compoſitio cum ad inueniendum accommodate, tum etiam ad diſponendum plurimum ualet ſi recte percipitur, ad grauitatem uero omnino neceſſaria, quam qui non quærit orator nunquam appellabitur, niſi forte à rudibus, atque indoctis. confert autem maxime non ad copiam, ſed ad iudicium, hac enim uia penitus cognoſci poteſt, cui inſiſtendum, in quo immorandum ſit, quid acrius, quid remiſſius dicendum, quid per totam cauſam ſpargendum, quid cautius adhibendum, aut tangendum, & ſemel ne, an multoties, & in quibus locis obtegendum, quæcunque enim extra has radices ſunt perſtringenda & occultanda uidentur, ut cum locum poſſidere non poſſint, quaſi è latebris ſubmordeāt, quale hoc eſt quo in Varum remouere uidetur. his recte cognitis, ſi dicendi copia ex elocutionis ui rite acceſſerit orator iam erit qui hæc uidet, & eloquitur, ſiquidē pronunciationem quoque idoneam ſingulis attribuit, ſin minus, attamen in ſcribendo priſcis oratoribus conferendus, hæc igitur cauſa ita iudicatione, ac ſtatu coniuncta & multiplex deprecationem & ſeorſum actam, conſiſtit enim apud imperatorem, & ſparſam per totam orationem habet, ut debet principalem ac fundamentum, & ut ita dicam ſuſtentaculum omnium. ad eam conceſſio antecedit, natura enim ſtatuum ſic poſtulat, ut in quarto rhetoricorum innuimus, præterea conceſſio ad deprecationem & miſericordiam ut plurimum affert ſi admiſcetur, ſicut antecedit earum rerum fundamentum eſt, deprecationi recrimi-

nationem coniunxit eam, quæ eſt eiuſdem criminis, & cum recriminari cœpiſſet, neceſſe erat impetu orationis cætera huius coniungere, ut re incitatus dicere, non ſtudio ad ea deſcendere uideretur. Coniecturam poſtea commodiſſime interſerit, quam ab alijs ſeparauit, quoniam ſimulatione ſibi non ſubiecti:nc agenda erat, accuſator, ſparſit per totam orationem, ita enim figurata quæ cauſam ſubſtinent diſponi debent. hic hoc pacto diſtributis tandem, repetitis quæ uel ad iudicem ualere poſſent, ad deprecationem labitur, cui etiā coniecturalem conceſſionem iniecit, ita ſummus orator cunctis ingenio mirabili, artificio ſingulari, inuentis diſpoſitis dictis diuinam hanc orationem reddidit, exordio uniuerſæ cauſæ penitus accommodato, narratione luculēta, uera, breuiſſima ſeiunctione, confirmatione, concluſione abſoluta, exordij genere morato, affectu uero narrationis delectu uerborum, & numero penè illuſtri ſchematis, recto ac puro confirmationis uarietate ac uario concluſionis. Illuſtri, pulchro, iocundo. quæ omnia ſic conſecutus eſt, ut nihil addi, aut minui, nihil transferri nihil commutari, nihil aliter dici poſſet quàm dictum eſt, quin illico uel mediocriter perito homini labefactari, rure ſordeſcere uideatur oratio, & quod admirabilius eſt, nullum ferè uerbum poſitum eſt, quod cæteris omnibus nō conueniat, nullum uanum, aut inane, nullum, quod uel antecedētia non reſpiciat, uel ſequētia non perſpiciat, quæ res maxime declarat artificio non natura ſola quod multi falſò arbitrantur præclaros oratores ſcripſiſſe. Non dico hæc temere, nec ſuperlatione utor, uerum ex ijs quæ uideo tanta diuini illius

ta

tam ingenijq̄ artis admiratione afficior, ut facile cre-
dã plura me atq; maiora fugiſſe, nec tamen quæcun-
que uidi ſcripta ſunt, multa ne obſtentationem ſcribe-
rem, multa quia cõmuniſſima ſunt, non nulla põdere
ac multitudine rerum oppreſſi reliquimus, nulla
enim ferme oratio eſt, quæ uniuerſam artis doctri-
nam non flagitet, quare ſiquid addi poſſe quiſpiam
arbitrabitur, ſi grati animi eſſe uoluerit, non magis
detrahet ꝗ quicq̄ aut neglex imus, aut non uidimus
iudĩm probabit, ꝗ non ſolum præcipiendo hæc ſtu-
dia illuſtrauimus, uerum etiam rem aggreſſi ſumus,
quam nemo uel è priſcis illis atque doctiſſimis uiris,
cum eo multi otio abundarent, ut inutiles etiam fa-
bulas conſcriberent, uel latine, uel græce adoriri au-
s ſit. ſequantur igitur omnes qui his humanitatis
ſtudijs dediti ſunt, quique maiorum dicendi copiam
nui ad gloriam adipiſci cupiunt, hanc certam exqui
ſitamq; dicendi uiam, nec aut multitudine, aut magni
tudine rerum deterreantur, nec enim difficile eſt im-
mortalitate dignum opus componere, ſi quis cum natu-
ra ualeat, atque tamen benigniſſime omnibus fere ſe
tradit artem ita ſibi habitu facit innatam, ut à natu-
ra ipſa parum diſtare uideatur, quod ſi cui arduum
uideatur, noſtro commonitus exemplo incumbat dili-
gentius, qui & ſi multis aduerſæ fortunæ caſibus op-
preſſi huic rei non tantum laborauimus, quantum uo-
mus, & nunc ſi daretur otium alijs quoque do-
mis non nihil conferre poſſumus, tamen quoniam
officium ſequitur, quod ad communem utilitatem
ſtis edidimus, & quicquid unquam ſcripſimus, et

N

ſi non penitus accedere , attamen non longe fortaſſis ab oratoris, ui ſiquis ſincere examinat, fide abeſſe uidebitur , quod ita eſſe ut facilius ad hanc noſtram præceptionem omnes iudicantur, unico exemplo demonſtrabo. ex agaſone igitur noſtro illud ſumatur, quo in aduerſarium cum dedignatione fertur oratio. Verum hic loci factus non poſſum non dolere quod in Græciam homo tu omnium ∗ in Græciam omnium bonarum artium inuentricem , in Græciam deorum olim domicilium, non Iouis dico & Iunonis, non ad fabulas refugio, ſed multorum heroum & ſanctorum uirorum ; ſiue uetuſtiſſimos à noſtra ætate conſideres, ſiue noſtræ ideſt ueræ religionis cultores, quos numero plures doctrinis ſubtiliores, religione ſanctiores quàm ex reliquo terrarum orbe inuenies, in Græciam inquam ſolus tu omnium quo te inſcribis nomine digniſſimus, in Græciam inueheris, productio hæc ſpiritus uaria nominum oratione, nobis compoſita eſt, uarij enim affectus iræ præcipue doloris et indignationis cócurrunt. turbationem igitur animi magnam quidem, ſed quæ rationem non deijceret oſtendimus. itaque ſubito irruimus quod ueritatis & repentinæ motionis eſt, quod in Græciam tu homo omnium ∗ nam illud, uerum hic loci factus, non eſt præparatio, ſed tranſitus in affectum et auditoris exſuſcitatio, præciſio uero ſtatim in ingreſſu iræ ac dedignationis ineſt, non ſuſpicionis, hoc enim cũ ab oratore uerbis notatur, illud cum abſq; annotatione eſt, ſolet efficere. Repetitiones tres inſunt breues atque occultiores, bimembres enim ferè omnes ſunt, nam & mora in eodem omnino ſchemate, & ſi commotum

non

*non tamen turbatum animum oſtendit, & uelox ab eodem omnino ad aliud tranſitus affectum qui morā flagitat non exprimunt, quare numero tres forma una repetitio adhibita eſt. præterea magna ineſt uarietas, cum prima trimembris ſit, ut ſtatim in aditu mora in affectu exprimatur, membra dignitatis propter affe=ctum in prima clauſula clauſulæ oppoſitæ, q̄ppe primas duas peon & epitritus poſſident, quod fiat ut mobilitate uiuere oratio uideatur, alteræ duæ quæ ſequū tur minimo numero membrorum conſtant, ut cum maiore indignatione proferantur, & occultiores ſint, nam ſiquis dixiſſet non Iouis dico, nō Iunonis, non ad fabulas acrior quidem eſſet, ſed tantam indignationem oratio nō oſtenderet, nec pluchre illud conſequeretur, ſed multorum heroum & ſanctorum uirorum quod cum dignitatis ſit indignationem auget, ad acrimoniam uix accommodatur, ſed uarietas ac mobilitas etiam membris obſeruatur, tres nanq; repetitiones inæquales mē bris ſunt, ita indignatio et dolor, ac turbatio animi nō cōquieſcit primo. deinde ut iam exagitatus animus uariis cogitationibus quæ uariam orationem faciebant, tandem ut affectum ſuū confirmet, ac ſtabiliat quinq; membrem diſtributionem adiunximus, quæ multitudine membrorum indignationi, breuitati, dolori accom=modatur, & ne nimium exaſperet auditoris animum ſimiles caſus & ſimiles exitus leniunt. Reduplicatio in exitu ponit, quæ creditur & propter turbationem animi, & ut breuius caſum ultimum relinquatur, i grae ciam inueheris deficiente iam ſpiritu. illud uero quo caeditur mirabile eſt, ſolus tu omnium quo te inſcribis*



)

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

nomine digniſſimus, nam et dementiam aduerſarij oſtẽdit ſi ita inſcripſiſſet, & impetu quodam iræ ruit, cũ tres primæ dictiones, ut auribus melius percipitur, uehementius exagitent. Illud apprime conſiderandum, quod ita compoſita oratio eſt, ut plures ineſſe uideantur exornationes quàm inſint, quod factum nobis eſt q̃a in paucis re plura inijcere nõ potuimus, quare ut e. elegantia conſeruetur, & uarietas inſit, et ſpiritus pronunciantis undiq; cogitur, ut commoueri uideatur audientem commoneat, plura quàm re ſint ſubijciuntur auribus ſchemata. id ita laudamus ut recte quis tam hoc quàm illud fieri cũ ſæpe multumq; cogitauerit, iudicare poſſit. iam q̃d præciſionis ſpeciem ſtatim afferet quod in græciam homo tu omnium in exitu tandem abſoluitur, in græciam inquam ſolus tu omnium quote inſcribis nomine digniſſimus. cum uero è duobus maxime ſoleat in his commotionibus inuentio emanare ex perſona eius in quẽ inuehitur, & eius in quem peccatum eſt, & ſi utranq; nos tetigimus, in altera tamen moram fecimus, ad illud enim magis flectenda oratio eſt quod magis mouet, & ſi magnam copiam afferre poteſt non omnia dicenda, ſed potiora, nec enim minoris artificij putandum, ſi uideas quid ſit relinquendum, quàm ſi inuenias quid ſit dicendum. uerum de his hactenus, non enim ut omnia diceremus hæc adiungere uoluimus, ſed ut præceptione noſtra poſſe recta ratione ad ueterum dicendi copiam peruenire, ſtudioſos admoneremus, & ne quis eorum nos ſimiles putaret qui dicunt ſumite à me, ſed eorum exemplum aliunde petam, quique cum aeternos ſe habere

*quos uendant tritici prædicent, non poſſunt pugno ha bere exemplum, quod oſtendant, quod turpiſſimum eſſe dicenti Cicero ad Herennium teſtatur. Hæc mi pater G. Trapezuntius alumnus tuus tibi ad utilitatem communem petenti conſcripſi. Quare ut quod cupis multi hinc proficere poſſint, ſi utile opus iudicabis, tuum erit in lucem quamprimum edere, ego & ſi rhetoricis noſtris, et hoc opuſculo ſatis præſentibus, ac poſteris te authore feciſſe me arbitror, tamen & alia conſcribere non grauabor, niſi obtrectatorum inuidia omni fructu laboris priuatus infœcũdum hunc mihi agrum, ut ſteriles, atque aſperos montes agricola deſeram. Verum illud non omnino negligam, quod adoleſcentuli maxime quærunt, orationem hanc in graui figura uerſari, multa nanque ſunt acerrima, nihil deiectum, nihil humile, grãdia fere omnia elata rebus, uerbis, clauſulis, & quod ſemper maximum iudicauimus compoſitione. Exordium tamen & narratio, ita mediocria ſunt, ut ſermoni propinquiora ſint, quàm ſublimi figuræ, ſed ex maiore parte denominandum. grauiſſima uero eſſe cuncta, quæ Cicero compoſuit nullus meo conſilio negabit. Nam etiam ſi ſermonem occupes modo hoc loco, ac ut oportet facias, grauiſſimus eris orator. Illud præterea non prætermittendum, omnia dicendi genera late patere. Ideóque in omni genere infimum, mediocre, grande inueniri, multumq́; intereſſe inter eos dicẽdi characteres, quas figuras appellamus, & cæteras orationis formas. Sic enim late figuræ patent, ut omnia cõplectantur, ut ſingulæ ſingula ſuſcipiant. Itaq; in mediocri figura uerbi cauſa acre*

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ

genus acrius atq; acerrimum inueniri poteſt, accommodatiora tamen alijs alia eſſe non negamus.

FINIS.

* ** a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H I K L M N.
Omnes quaterniones præter *, & N duerniones.

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI, ET ANDREAE ASVLANI SOCERI MENSE DECEMBRI
M. D. XXII.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΑΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ